*Landes- und Rechtsgeschichte des Herzogthums Westfalen*

Johann Suibert Seibertz, W. Tobien

Digitized by Google

Ger 6635.4




HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google

# Landes- und Rechtsgeschichte

des

# Herzogthums Westfalen

von

Joh. Suibert Seibertz.

---

**Dritter Band.**

Urkunden von 1300 bis 1400.

---

Mit 49 Siegel-Abdrücken.

---

**Arnsberg 1843.**

A. L. Ritter.

Digitized by Google

# Urkundenbuch

zur

# Landes- und Rechtsgeschichte

des

# Herzogthums Westfalen

von

Joh. Suibert Seibertz.

---

Zweiter Band.

1300 — 1400.

---

Mit 49 Siegel-Abdrücken.

---

Arnsberg 1843.
A. L. Ritter.

Digitized by Google

13552.16

Ger. 6635.4

HARVARD COLLEGE LIBRARY

15 March 1899.
Gift of
Denman W. Ross, Ph. D.,
Cambridge

Digitized by Google

# Vorwort.

Nach der Ueberwindung einer Reihe kleiner Hemmungen, welche hauptsächlich die Druckerei verschuldet, können wir endlich hiemit den zweiten Band des westfälischen Urkundenbuches dem Publikum übergeben. Er sollte nach der, in dem Vorworte zum vorigen Bande ausgedrückten, Absicht des Herausgebers, bis auf die jüngste Zeit reichen. Um dieses möglich zu machen, sind mindestens eben so viele Urkunden zurückgelegt, als geliefert worden; die abgedruckten sind durch typographische Zusammendrängung, durch Abkürzung solcher Formalien, deren Wiederholung in jeder Urkunde unnütz gewesen wäre, durch die auszugsweise Mittheilung mancher, die anderwärts schon vollständig gedruckt waren, so wie durch die bloße Inhaltsanzeige einzelner in den Noten, möglichst enge zusammengehalten. Demungeachtet reicht dieser Band, nur bis zum Schlusse des vierzehnten Jahrhunderts. Die Nothwendigkeit, noch einen dritten zu geben, erschien daher sehr bald unabweislich; wenn das Werk in der Art vollständig werden sollte, daß darin für die politische Geschichte des Landes, für die Familiengeschichte seiner Fürsten und Dynasten und für die Darstellung der sozialen Verhältnisse des Volks, zumal in rechtlicher Beziehung, kein nothwendiger Beleg vergeblich gesucht würde.

Inzwischen reichten die durch Subscription gesicherten Zuschüsse zu den Druckkosten nicht so weit, um sie noch auf einen ferneren Band erstrecken zu können. Es blieb daher nur übrig, dafür die Unterstützung des Staats in Anspruch zu

Digitized by Google

nehmen. Der desfallsige Antrag des Herausgebers, fand bei des Herrn Oberpräsidenten von Vincke Excellenz, dem unermüdlichen Beförderer patriotischer Unternehmungen, die gewünschte Unterstützung und durch die Fürsprache der betreffenden hohen Ministerien, bei des Königs Majestät sofortige Gewährung. Auf diese Weise ist die Erfüllung des hiemit gegebenen Versprechens möglich geworden, daß noch ein dritter Band Urkunden, der vierte des ganzen Werks, folgen soll, der außer der Fortführung der Diplome bis auf unsere Tage, wichtige Nachträge zum ersten und zweiten Bande enthalten wird.

Hiedurch bezwecken wir jedoch nicht, die Geduld unserer Gönner und Freunde, in Erwartung des Textes der Darstellung, zur Ungebühr zu prüfen. Wir beabsichtigen vielmehr, ihnen noch vor dem Erscheinen des dritten Bandes Urkunden, auch von dem ersten des ganzen Unternehmens, der jenen Text in zwei Abtheilungen enthalten soll, ein Heft mit einer, für sich abgeschlossenen, geschichtlichen Darstellung vorzulegen, über deren Zweck und Verhältniß zu den folgenden Heften, wir uns, in der Vorrede dazu, das Nähere zu bemerken vorbehalten.

Arnsberg, den 26. Februar 1843.

Digitized by Google

# Urkunden

zur

# westfälischen Geschichte.

## 1300 — 1400.

Digitized by Google

Digitized by Google

## 485.

1300. Jan. 7. bekundet Gottfried Edelherr v. Rüdenberg, daß Friedrich von Elnern seine Güter zu Ostönnen vor dem Freigerichte, an das Kloster Himmelpforten verkauft habe.

Nach dem Orig. im Archive des Klosters Himmelpforten.

Nos *Godefridus* dominus de *Rudenberg,* vniuersis — veritatem. — Nouerit itaque tam presens etas quam futura posteritas quod cum Fridericus dictus de elnere cum consensu — heredum suorum, bona sua in *villa ostunen* sita cum omnibus attinentiis suis, abbatisse et conuentui ecclesie *ad portam celi vna cum proprietate eorundem bonorum* rite et rationabiliter vendidisset. Idem Fridericus et heredes sui predicti *coram nostra libera sede iuditiali,* cui tunc presidebat auctoritate nostra *Johannes* dictus *vrigegreve,* prefata bona *vna cum proprietate* — resignauerunt, — ecclesie supradicte perpetuo possidenda. In cuius — testimonium, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Presentes erant etc. Datum et actum. anno domini. M°CCC°. feria quarta post epiphaniam domini. [1])

[1]) Das an weißen Zwirnsträngen gehangene Siegel ist abgefallen.



Digitized by Google

## 486.

1300. Febr. 22. verkauft Wilhelm, Edelherr v. Ardey dem Grafen Ludwig v. Arnsberg das Dorf Wenholthausen, mit der Vogtei und dem Patronatrechte über die Kirche daselbst.

Vollständig abgedr. in Kindlingers Beiträgen III. Urk. 103.

Nos *Wilhelmus* vir nobilis dictus de *Ardey, Jutta* uxor nostra legitima *Henricus* filius noster primogenitus, *Wilhelmus* filius noster, *Katherina* quoque et *Ricce, Alheidis* cum ceteris filiis et filiabus nostris universis sicut nomina tenent — notum esse volumus — quod villam nostram in *Wenehoilthusen,* comeciam nostram ibidem, collationem Ecclesie ibidem et judicium nostrum ibidem, homines quoque eidem curie attinentes ubicumque morantur — vendidimus nostro Domino *Ludewico* Comiti de *Arnsberg, Peronette* Domine Comitisse uxori sue, *Wilhelmo, Godefrido, Walramo, Johanni* et *Gerhardo* filiis suis — pro trecentis marcis denariorum Susati legalium simpliciter et absolute — de quibus bonis ipsis debitam faciemus warandiam. Item cum Domino Comite predicto — cum necesse fuerit, ad venerabilem Patrem Dominum Archiepiscopum Coloniensem ibimus à quo bona prefata tenentur et eadem bona in manus Domini Archiepiscopi et Ecclesie Coloniensis resignabimus ut sic Dom. Comiti — jure feodali conferantur, quo jure nos hactenus ipsa tenuimus ab eodem. — Datum Arnsberg Ao. Dni. M°. CCC°. in die beati Petri ad Cathedram. Presentes fuerunt *Godefridus* vir nobil. dictus de *Rudenberg.* Henricus miles dictus advocatus de Elsepe, Henricus et Conradus dicti de Enze. Statius et Lubertus dicti de Hustene, *Joh.* dict. de *Ardeyo,* Theoder. de Affen Henr. et Arn. dicti de Rüden, homines bone nationis; Item Johannes tunc magister consulum Arnsberg etc. et alii — fide digni.

Digitized by Google

## 487.

1300. Aug. 30. verkauft Ritter Goswin von Soest dem Wirth Bruno eine Jahrrente aus Gütern zu Upmene, als Lehn und bestellt zugleich der Frau des Bruno eine Leibzucht daran.

Nach dem Orig. im Archive des Walburgisklosters.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris. Ego *Goswinus* de *Susato* miles notum facio et protestor quod cum haberem de bonis in *vpmene* sitis, Ecclesie sancte Walburgis apud Susatum pertinentibus Octo solidorum et duorum denariorum, et de bonis ibidem sitis Hospitali sancti Spiritus in Susato pertinentibus quatuor solidorum et trium obulorum denariorum Susati vsualium pensiones singulis annis in Curtem meam *Elfedehusen* soluendos. Ego de consensu vxoris mee et Bertoldi ac Henrici filiorum, ac aliorum Heredum meorum voluntate, dictas pensiones legitime vendidi *Brunonj institorj*, et eius vxori, ac heredibus Ciuibus Susaciensibus, Ita quod dimidietas dictarum pensionum in festo beati martinj, altera vero pars in festo ad Cathedram beati Petri per .. prepositum dicte Ecclesie, et prouisorem dicti Hospitalis prout quemlibet ipsorum contingit dictis Emptoribus singulis annis perpetuo persoluatur et eodem jure quo michi consueuit ministrari ministretur dictasque pensiones concessi dicto Brunonj, et Theoderico ac Johannj eius filiis absoluti feodi titulo perpetuo possidendas vsufructum quoque in eisdem pensionibus concessi vdelburgi vxori dicti Brunonis more debito et consueto, Recognoscens michi de pretio dicti contractus esse plene satisfactum Et in horum testimonium ac firmitatem eisdem Ciuibus contuli presentes litteras meo Sigillo communitas. Datum feria sexta post festum beati Bartholomei apostoli anno domini M°. CCC°. Presentibus Dythmaro de dome Johanne de tilia, Henrico de Ostinchusen, Hermanno de lake, Bernardo et Hermanno dictis de Geseke friderico pistore de sancta Walburgi, Sifrido Scotten, Gobelino de atria, Brunone Conrado et Henrico fratribus dictis Bruninc et pluribus aliis, quos omnes super premissis in testimonium admisi et admitto nomine vasallorum et Theoderico precone et alberto institore.[2])

[2]) Das an einem Pergamentstreif gehangene Siegel ist abgefallen.

## 488.

**1300. Nov. 16. überträgt Graf Ludwig von Arnsberg dem Elfried Ketel die Vogtei über den Lüttiken Hof zu Ledrike, welcher in den Haupthof der Abtissin von Meschede gehörte.**

Nach einer Abschrift in den Lehn-Acten des K. Ober-Landesgerichts zu Arnsberg.

Notum sit omnibus hoc scriptum visuris et audituris quod nos *Ludewicus* comes de *Arnsberg* de consensu et libera voluntate Domine nostre ac omnium nostrorum heredum porreximus Elfrido Ketel Elie filio suo ac omnibus suis veris heredibus Aduocatiam nostram pleno iure nostro de vno *mansu Lederke*, nomine *Luttike Houe*, pertinentem in curtim Domine Abbatisse de Meschede sitam *Lederike*, iure hereditario a nobis et nostris veris heredibus perpetualiter possidendam. Vt autem premissa à nobis et à nostris successoribus rata et inconuulsa permaneant presens scriptum sigillo nostro vna cum sigillo Ciuitatis Brilon confirmauimus. Datum et actum in Ciuitate Brilon indictione . Anno domini millesimo trecentesimo. feria quarta post martini Episcopi. Presentes fuerunt Gerbodo Grube proconsul Brilon. Gebhardus Goldenere. Theodericus pistor. Ditmarus Hottepe. Hermannus Jungelinch, Arnoldus de Hildemarckusen, Hermannus supra riue, Hermannus Wesseli, Godefridus Cruse, Godefridus de antiquo Brilon, Goswinus apud portam, Henricus dictus Steuenich, Consules ibidem. Rutgerus de Hustene miles dapifer Arnsbergensis, Sifridus Schoke, Lambertus Rorca, Helmicus de Euersberg, Theodericus de Schuellenberg, Hermannus de Hogeshusen, Hermannus in foro, Nolthardus, Hermannus suus frater, Esselinus de Beuendorpe et alii quam plures fide digni.

---

## 489.

**1300. (circa) Verordnung des Raths zu Soest über die Wollentücher.**

Nach dem Orig. im alten Statutenbuche des Stadtarchivs.

Die Urk. hält 31 Zeilen über die ganze Breite des Blatts geschrieben. Die 9 obersten sind ausradirt; dann heißt es weiter:

Digitized by Google

in leynge dertich elen. vnde ſine alden breide. vortmer dry-weider want ſal hailden in wichte ſybentwintich punt. en vnde ſeſtich elen in der lenge vnde twe elen in der breidde. vortmer Slechtweiderwant ſal hailden in der lenge en vnde ſeſtich elen. vnd twe elen in der breidde. ſunder wichte oppe dey hoide. Were dat voyderlaken eſte dat dryweider want te licht, alſe manich punt der wilk te licht were alſo manighe veir penninge breket dey, dey dat maket heuet. Were auer dat diſſer drier wilk vnghichtich were dey brocke ſal ſin drey ſchillinge oppe ghenaide. vnde diſſe broyke id ſi van der lichte eſte van vnghichte ſal half ſin des raides vnde half des amptes. vortmer ſuleu dey wullenweuere den ghynen dey diſſe voyderlaken dryweiderwant eſte ſlechtweiderwant maket vul reiſchap doin tureckene oppe den ramen. des ſalmen ghynen van deme breden viſtehaluen penninc. vnde van deme ſmalen nyghen veirlinge. vortmer ſalmen ghyven deme raide van deme breden enen penninc te tekene, vnde van deme ſmalen enen hellinc te tekene. vortmer dit voyderlaken eſte driweiderwant eſte ſlechtweiderwant ſalmen anders nirghen recken dan oppe der wullenweuere ramen in der Stad. Vortmer is afgheleghet Cruſweiderwant dat ſal neymet maken tu verkopene doch ſo mach dat aller malk wey wel wol maken tot ſiner ſelues behouf vnde ſines gheſindes. Vortmer dit voiderlaken vnde driweider —

Die beiden letzten Zeilen ſind wieder ausradirt.

## 490.

**1300. (circa) verſprechen die Städte Winterberg, Schmalenberg u. Hallenberg, nicht dulden zu wollen, daß jemand von den Ihrigen die Stadt Medebach oder deren Bürger befehde, wenn ſich dieſe zu Recht erbieten.**

Nach dem Original im Stadt-Archive zu Medebach.

Vniuersis hoc presens scriptum intuentibus Nos.. proconsules et.. consules opidorum *Wynterberg Smalenberg* et *Hallenberg* Recognoscimus et publice protestamur; Quod nos vna de consensu consilio et auxilio, nostrarum vniuersitatum, aut discretiorum nostrorum opidorum, in hoc concordauimus, Quod si aliquis in nostris opidis, aut altero nostrorum opido esset,

ac constituerctur, qui ingratitudines habere, periculum ac grauamen vellet inferre, opido, opidanis, aut alicui opidano, in *medebike*, et ad nostram seu nostrorum consulum qui pro tempore fuerint deduceretur et perueniret noticiam, Extunc hunc siue illum, Grauamen predictis opidanis, aut alteri ipsorum volentem inferre, omni studio et diligentia quibus valebimus volumus et debebimus informare, vt ab ipsis opidanis de medebike, super incusatis recipiat quod juris videatur castrensibus ciuitatibus et opidis, venerabilis dni nostri.. Archiepi Colon. et a grauamine penitus cesset, nostri ob respectum, Eo modo tamen, quod dicti opidani de Medebike, aut alter ipsorum, Rei si inuenti fuerint, Nisi per nostram interpositionem gratiam consequi valeant, de Excessu Emendam prestent debitam et condignam, Sed si dicti opidi opidani super jncusatis jus pro se habuerint, et habere videbuntur, et adhuc aliquis, Eosdem opidanos, impetere vellet, et grauare, hic grauationem volens facere, sepedictos opidanos, aut alterum ipsorum de nostris munitionibus et opidis, nec debebit grauare, nec pericula inferre, prout ad hoc nos astringimus, promisimus, et litteras nos astringimus, et promittimus per presentes. Dantes hoc presens scriptum firmiter super eo communitum sub nostrorum opidorum sigillorum appensione in euidens testimonium et Robur premissorum.[3])

## 491.

**1301. Juni 19. reſignirt Gottfried Helle ſein Lehngut bei Grafſchaft dem dortigen Kloſter, gegen lebenslänglichen Unterhalt.**

Nach der Abſch. in einem Copiar. v. Grafſchaft.

Nouerint harum inspectores vniuersi quod Godefridus dictus Helle, patrimonium suum quod habebat apud Graisschaff in agris in nemore seu fruticetis quod etiam ex toto tenebat in feodo a monasterio Graschapensi, idem patrimonium seu feudum in manus Domini Lutberti Abbatis et conuentus ipsius monasterii resignauit, Deo quoque nec non sancto Alexandro dicti monasterii patrono libere ac deuote obtulit et contulit

[3]) Das Datum iſt vergeſſen; die in gelbem Wachſe abgedruckten Siegel ſind größtentheils zerbröckelt.

sub hac forma, vt isdem Godefridus ex nunc legittima carens, victum diebus vite sue à iam dicto monasterio percipiat quem in officiis pistrine coquine et nuntij ad negotia deseruiet quando et quoties ad ea fuerit requisitus; Tunicam insuper consequens annuatim. Actum in Smalenbergh sub Sigillis Dni Godefridi Decani in Wormbeke et consulatus Smalenbergensis. Datum ao Dni. M°. CCC°. primo In die sanctorum Geruasii et prothasii martirum.

---

## 492.

**1301. Juli 24. beauftragt Erzbischof Wigbold von Cöln, den Scholaster der Stiftkirche und den Probst der H. Walburgiskirche zu Soest, gegen diejenigen, welche sich freventlich an den Gütern der Klöster Welver u. Benninghausen vergriffen haben, den Kirchenbann zu verhängen.**

Nach dem Orig. im Archive des Klosters Benninghausen.

W.(icboldus) dei gratia sancte Coloniensis ecclesie Archiepiscopus sacri imperii per Italiam archicancellarius, dilecto in christo.. Scolastico Ecclesie Susaciensis et preposito monasterii sancte Walburgis extra muros Susacienses, salutem in domino. Sua nobis dilecte in christo.. abbatisse et conuentus monasteriorum sanctimonialium in *Weluere* et in *benekinchusen*, ordinis cysterciensis, nostre diocesis, graui conquestione monstrarunt, quod nonnulli homines, dei timore postposito, ausu sacrilego, bona monasteriorum eorundem inuadunt incendiis et rapinis, et homines, bona ipsorum colentes, capiunt et dire ab eisdem extorquent exactiones quantas possunt, destruendo bona et curtes dictarum sanctimonialium intantum, quod necessitate famis et defectu sustentationis, in eorum monasterio vix nequeunt remanere, nec deo in suo ordine vt deberent possunt deseruire, secundum sui ordinis disciplinam, super quo sibi dicte sanctimoniales a nobis obuiare, per constitutiones et ordinationes predecessorum nostrorum, per quas monasteriis et ecclesiasticis personis, vt ab infestationibus malorum tueantur et in suis libertatibus perseuerent, est prospectum ex officii nostri debito teneamur. Vobis committimus et mandamus, quatinus quoscunque pro domo raptores et

Digitized by Google

inuasores personarum et bonorum monasteriorum in weluere et in beneckinchusen, qui ipsa monasteria seu abbatissas et conuentus predictos in curtibus bonis et possessionibus eorumdem inuaserint violenter, seu bona eorum ipsis abstulerint aut homines eorumdem captiuauerint et impedimentum prestiterint quo minus bona sua colere et ipsis vti possint pacifice et quiete, necnon receptatores ac adiutores et bonorum eorumdem ablatorum emptores, de quibus vobis constiterit, moneatis nominatim, quorum nomina scire poteritis, alioquin in genere, vt infra triduum post monitionem vestram, bona ipsis seu hominibus eorum sic ablata et si quos de colonis eorum ceperunt, restituant et condigne satisfaciant de commissis, alioquin ipsos quos statuta Ecclesie Coloniensis declarant, extunc tanquam sacrilegos, excommunicationis sententiam incurrere ipso facto et quos nos similiter extunc in hiis scriptis excommunicamus, excommunicatos in ecclesiis in quibus inuasores, receptatores, adiutores et emptores huiusmodi morantur publice nuncietis. In qua excommunicatione si satisfactione neglecta durauerint per Quindenam, extunc per omnes conuentuales et parochiales ecclesias decanatus illius, in quo rapina committitur et vbi ipsi sacrilegi domicilium habent, campanis pulsatis et candelis accensis vsque ad satisfactionem condignam excommunicatos nuncietis et a locorum plebis excommunicatos nunciari faciatis. Preterea in locis seu parochiis nostre (dioces.) in quibus et ad quas ipsi raptores inuasores fuerint seu peruenerint, seu bona dictis sanctimonialibus ablata, deducta fuerint vel ad que ipsorum bonorum sic raptorum emptores fuerint que secundum statuta predecessorum nostrorum ipso facto sunt supposita ecclesiastico interdicto, interdicta nuncietis, et quam diu ibidem fuerint cessetur penitus a diuinis, et si per triduum ibidem steterint, licet extunc recesserint, vel ad alia loca se transtulerint, vel bona siue spolium alias deductum fuerit, nichilominus parochia et locus in quo triduo manserint, vel vbi consumpta fuerint, maneat per duos menses interdictus, nisi medio tempore fuerit satisfactum et huiusmodi interdictum in locis et parochiis in quibus oportunum secundum rem gestam fuerit, faciatis auctoritate nostra, a locorum plebanis firmiter observari, Relaxationes vero sententiarum interdicti predictarum, si excommunicati supra mensem a die sententie excommunicationis in personas eorum vel interdicti in loca late, absolutionem, satisfactione premissa requisierint, vobis indulgemus alias extunc eorum absolutiones et interdictorum relaxationes nobis in penam eorundem specialiter reseruamus, Quod si non ambo hiis exequendis interfueritis vnus vestrum

Digitized by Google

ea nichilominus exequatur. Datum Nussie, in vigilia beati Jacobi apostoli, anno dni. M°. CCC°. primo.[4])

## 493.

**1301. Aug. 13. verspricht Graf Otto v. Waldeck denen v. Padberg, keinen ihrer Angehörigen in seinen Burgen aufnehmen und bergen zu wollen.**

Nach dem Orig. im Archive des Hauses Padberg.

Nos *Ottho* Comes de *Waldecke* — *Henricus* filius noster et alii nostri veri et legitimi heredes presentibus litteris publice protestamur, quod nullos homines pertinentes *frederico* et *Godescalco*, fratribus de *padberg*, et ipsorum veris et justis heredibus, seruientes eis, in aliquas nostras munitiones, vmquam debemus recipere recolligere nec tenere. Super hoc vero si opidani nostri in *Curbeke*, aliquos de predictis hominibus reciperent uel tenere uellent. hoc contra nostram est et erit, si fecerint, penitus voluntatem. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro duximus sigillandum. Datum Waldecke anno dni M°. CCC°. primo. Dominica ante assumptionem beate Marie.[5])

## 494.

**1301. Aug. 13. bekundet Johann, Edelherr von Bilstein einen Tausch zwischen dem Kloster Grafschaft und den Markgenossen von Westwig, Nieder- und Oberfleckenberg und von Tunderpe.**

Nach dem Orig. im Archive des Klosters Grafschaft.

Nos *Johannes* dnus de *Bylstene* Tenore presentium pro-

[4]) Das in grünem Wachse abgedruckte große Siegel des Erzbischofs hängt an einem abgeschnittenen und durchgezogenen Pergamenstreif. Die Umschrift ist abgebröckelt. Das Rücksiegel ist rund und stellt einen, hinter einem Herzschilde, worin das cölnische Kreuz, stehenden Bischof mit Pallium dar, welcher in jeder Hand eine Fahne trägt. Die Umschrift ist: Secretum Wicboldi Coloniensis Archiepi.

[5]) Das Siegel ist abgefallen. Es hing an einem von der Urkunde abgeschnittenen, durchgezogenen Pergamenstreif.

Digitized by Google

testamur, quod conmarkenses de *Westuuich*, de *Vleckenberg inferiori*, itemque de *Vleckenberg superiori*, nec non de *Tunderpe*, ac eorum coheredes, nouem jugera agrorum que hactenus tenuerant ex curte in *Lenninchouen* pertinente ad monasterium in *Graschâph*, eadem nouem jugera agrorum ad manus dni *Lutberti* abbatis et conuentus monasterij in Graschaph iam dicti vltro ac libere resignauerunt. Quos videlicet agros, dicti abbas et conuentus eidem conmarkensibus ac eorum heredibus recompensauerunt redditibus annuis duorum solidorum denariorum legalium, qui eis ac suo monasterio de bonis Godefridi in inferiori Vlekenberg suorumque heredum hactenus cedere consueuerant. Ita sane, vt predicti conmarkenses seu eorum heredes huiusmodi redditus hereditario jure ammodo recipiant et ex nunc perpetuo percipiant libere seu quiete. Actum in Smalenberg. Presentibus Godefrido viceplebano in Smalenberg. Johanne viceplebano in Lena, sacerdotibus. Johe de holthusen magistro burgensium. Thilemanno fratre suo. Hinrico fabro. Johe dicto vrylinc. Johanne et Rychardo fratribus, dictis de Latorp. burgensibus in Smalenberg. Johanne de appentorp. dicto greue. et aliis quam pluribus fide dignis. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum vna cum sigillo burgensium de Smalenberg presentibus est appensum. Datum in die beati ypoliti martiris gloriosi. anno dni M°. CCC°. primo.[6])

## 495.

### 1302. Febr. 8. ſetzt Erzbiſchof Wigbold die Mönchpräbenden im Kloſter Graffſchaft, ein für allemal auf 24 feſt

Nach dem Orig. im Archive des Kloſters Graffſchaft.

In nomine domini amen. W.(icboldus) dei gratia.. Sancte Coloniensis ecclesie Archiepiscopus, sacri ymperij per ytaliam archicancellarius.. Dilectis in christo.. abbati.. prepositis.. priori, totique conuentui monasterij in *Grascap* ordinis sancti.. Benedicti sue dyocesis, salutem in domino. Peruenit ad nos, quod quamquam ab antiquo in monasterio vestro certum

[6]) An der Urkunde hängt noch das große Siegel Johanns in weißem Wachſe; das der Stadt Schmalenberg iſt abgefallen.

Digitized by Google

numerum prebendarum, videlicet viginti quatuor prebendas tam in Capite quam in membris, siue cum hiis qui in ipso claustro seu monasterio Grascap, presentes sunt, siue in locis aliis vobis subiectis extra ipsum monasterium comorantur, tenemini habere et non vltra, Tamen non minus propter preces magnatum et nobilium cum etiam familiarium vestrorum, quibus aliquando propter potentiam petentium aliquando ad euitandum indignationem amicorum vestrorum negare non audetis inportunas instantias que vobis passim fiunt, artamini contra deum et justitiam, prebendas promittere et conferre, etiam aliquando non vacantes et personas ad ipsas recipere vltra numerum viginti quatuor prebendarum in monasterio vestro Graschap antiquitus institutum; propter que non solum in temporalibus immo in spiritualibus vestrum Monasterium et vos dampna et incommoda plurima sustinetis. Volentes igitur ex officii nostri pastoralis debito, oportunis remediis occurrere huic morbo, Statuimus ordinamus et precipimus vt ex nunc in antea, nullam prebendam vltra numerum viginti quatuor prebendarum monachalium, quem numerum vestro monasterio deputamus, cuiquam conferatis, nec aliquam prebendam promittatis actu non vacantem, Sic quod tam cum capite, quam cum membris in ipso monasterio et extra vbicunque commorantibus antedictum numerum nullatenus excedatis; quod si secus a quoquam factum fuerit seu presumptum, hoc ipso facto decernimus cassum irritum et inane, Inhibentes nichilominus vobis vniuersis et singulis, in virtute sancte obedientie et sub pena excommunicationis, late sententie in hiis scriptis, ne quis vestrum presumat vel audeat, verbo vel facto, pro quacumque persona, cuiuscunque status dignitatis vel conditionis existat, aliquid in contrarium attemptare, sicut supradictam sententiam et offensam maiestatis diuine ac nostram indignationem voluerit euitare; et vt premissa per vos perpetuis temporibus pro bono communi monasterii salubriter et firmiter obseruentur has litteras vobis sub hiis tradimus nostri Sigilli munimine roboratas. Actum et Datum Colonie. Quinta feria post festum Purificationis beate Marie virginis. Anno.. domini.. millesimo.. CCCmo secundo.[7])

---

[7]) Das an einem Pergamentriemen hängende große Siegel des Erzbischofs mit dem kleineren Gegensiegel ist in gelbem Wachse abgedruckt; aber zerbrochen.

Digitized by Google

## 496.

**1302. März 12. verzichtet Graf Ludwig von Arnsberg auf seine Ansprüche am Zehnten zu Untrop u. Wintrop, zu Gunsten des Klosters Wedinghausen.**

Nach dem Orig. im Archive des Klosters Wedinghausen.

*Ludewicus* comes in Arnesberg vniuersis presentia visuris recognoscimus et publice profitemur. in decima *vntorp* et *wintorp* tam in silua quam extra viris religiosis de *Wedinchusen* nos hactenus iniuriam intulisse, nos ergo examinatis eorum priuilegiis de concilio confessoris nostrorum ne peccatum hereditarium ad nostros heredes transmittamus dictam decimam in manus religiosorum virorum libere resignamus inhibentes nostris officialibus ne de dicta decima se amplius intromittant occasione qualicunque et permittant eos cum dicta decima suam per omnia ordinare voluntatem. ne aliquis in posterum hanc resignationem nostram infringere valeat presentem litteram ipsis contradimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum in hagne anno domini M°. CCC°. secundo in die beati gregorii, presentes fuerunt fredericus plebanus in hustene et hinricus miles de ense Statius iudex in Arnesberg et alii quam plures. [8])

---

## 497.

**1302. April 8. bestimmt Johann v. Plettenberg, Marschall v. Westfalen, Amtmann zu Soest, die Bedingungen, unter denen Rodeland der Villication Soest, an das Walburgisstift solle verkauft werden können.**

Nach dem Orig. im Archive des Walburgisstifts.

*Johannes* miles dictus de *plettenbracht*, *Westphalie Marscalcus*, jdemque *Officiatus* [9]) *villicacionis Sosatiensis*, vni-

[8]) Die Urkunde ist sehr undeutlich geschrieben, das Siegel abgefallen.

[9]) Also jetzt Amtmann; früher Scultetus, Schulte, vergl. B. 1. Urk. 364.

Digitized by Google

uersis presens scriptum visuris salutem cum noticia veritatis, Noueritis quod Nos.. preposito et Conuentui sancte walburgis extra muros sosatienses plenum consensum et assensum ad hoc dedimus et damus per presentes, quod ipsi a Hinrico, Winando et Wernero fratribus dictis de balchusen, agros sitos apud villam balchusen, qui rotlant vocantur, iusta et legitima emptione poterunt comparare, jta videlicet quod dicti. prepositus et Conuentus sancte Walburgis.. Notario villicacionis sosaciensis, qui pro tempore fuerit Triginta denarios sosacienses et.. Officiato Ecclesie Sosaciensis pro decima Octo denarios, singulis annis in festo Michaelis persoluant titulo iusto pensionis, minus tamen vna quadrante de Octo denariis prenotatis, Nos etiam dictis.. preposito et conuentui eosdem agros sub condicione predicta presentibus literis duximus concedendos. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Anno domini M°. CCC°. secundo. die dominica qua cantatur Judica, actum presentibus hermanno pyl, Canonico Sosaciensi et dicto.. Rauen famulo nostro.[10])

## 498.

**1302. Sept. 13. nimmt Erzbiſchof Wichbold den Grafen Otto von Waldeck zum Burgmann in Rüden an, wogegen ihm dieſer ſeine Grafſchaften Züſchen u. Bigge, als Pfandlehne aufzutragen verſpricht.**

Vollſtändig abgedruckt in Kopp's heimliche Gerichte. Urk. 68.

Nos *Wicboldus* — notum esse volumus quod quanquam nobilis vir *Otto Comes de Waldeck* noster et Ecclesie nostre fidelis existat, tamen vt ad assistendum nobis — firmius obligetur — cum eodem Comite sic concordauimus, quod ipsum — castrensem fecimus — apud *Ruden,* deputantes eidem — pro feodo castrensi ibidem, sexaginta marcarum redditus —. Hoc tamen adiecto — quod solutione predictarum sexcentarum marcarum, sibi per nos vel per successores nostros facta, — idem comes cum predictis sexcentis marcis, sexaginta marcarum

[10]) Das Siegel, blos einen großen Helm mit Schmuck darſtellend, iſt ringsherum abgebrochen; ſo daß nur (Plet) thenbraht zu leſen iſt.

Digitized by Google

## 501.

**1303. verkauft Emelrich, Bürger zu Werl, dem Kloſter Himmelpforten ſein Haus, eine Saline bei dem Werler Walle — im Stadtgraben. —**

Nach dem Orig. im Archive des Kloſters Himmelpforten.

Uniuersis presentes litteras visuris seu audituris. Ego *Emelricus ciuis in werle,* Notum facio publice protestando, quod ego cum consensu et plena voluntate vxoris mee Gertrudis et omnium heredum meorum vendidi *domum meam scilicet Salinam prope vallum werlense sitam,* domine abbatisse et conuentui sanctimonialium ad *portam celi* pro quadam pecunie summa renuntians plene et expresse omni iuri quodcunque in predicta domo michi et dicte vxori et heredibus meis competebat siue competere videbatur. vt autem huiusmodi venditio rata permaneat et inconulsa, Sigillum honestorum virorum videlicet burgensium ciuitatis in werle presentibus obtinui apponendum, ad maiorem euidentiam premissorum. Presentes huic facto aderant. Gerhardus dictus Grutere, Judex in werle. Florentius de vflen. Godefridus de borbenne. Gamericus dictus scluc. theodericus holdinchof. hinricus brolant. theodericus dictus heledesune. Wilhelmus filius. burgenses. Arnoldus dictus cnop. theodericus cruse et alii quam plures. Datum anno domini M°. CCC°. tertio. [12])

## 502.

**1303. Märtz 10. bekennt Erzbiſchof Wigbold, von Soeſter Bürgern 1000 Mark Pfennige geliehen zu haben, wofür er ihnen das Soeſter Schulten-Amt und den Schlagſchatz von der Münze verpfändet.**

Vollſtändig abgedruckt in *Hæberlin* Analecta p. 271.

Nos *Wicboldus* — notum facimus — quod cum hiis diebus castrum nostrum — *Houestad* per *Euerhardum comitem de*

[12]) Das an weißen Zwirnſträngen gehangene Siegel iſt abgefallen.

*Marka* suosque in hac parte complices obsessum foret, nosque — pro ipsius castri liberacione cum exercitu nostro de partibus Reni versus *Susatum* transissemus, licet nobis in via existentibus, ipsum castrum intellexissemus fore traditum inimicis. Nosque in vindictam horum et pro defensione Ecclesie nostre contra prefatos — inimicos procedere cum exercitu nostro et prudentibus viris, ciuibus nostris Susaciensibus qui nobis fideliter et constanter astiterunt et assistunt intenderemus et victualibus pro nostris hominibus indigeremus prefati ciues nostri Susacienses Albertus de Palsode, Bruno de Butge, Wichmannus de Heruorde, Bertoldus de Herborne, Robertus Ferner, Lubertus de Bremers, Johannes de Kiwe, Godefridus de Molendino, Arturus de Euersberg, Lodewicus de Sunheren, Arnoldus Scotto et Radolphus Dapifer, fidelitate specialissima circa nos et Ecclesiam nostram moti, nobis mille marcas denariorum, Susati pro tempore vsualium, tam in pecunia parata quam victualibus aliisque nobis et nostris hominibus necessariis accomodarunt seu contarunt. Volentes igitur, — vt de solutione prefate pecunie ipsis caueatur, promisimus et promittimus eisdem bona fide, quod de Susato seu terminis Westphalie non recedemus, nisi satisfacto ipsis de eadem pecunia vel alias de eorum consensu hoc apud ipsos possimus optinere. Ad majorem certitudinem constituentes eis pro eadem pecunia fidejussores nostros infra scriptos, videlicet honorabiles viros Henricum prepositum, Theodoricum decanum et Ludolphum de Dycka canon. Colon. Nec non nobilem virum Wilhelmum comitem de Nuenare, Fredericum Walpodonem dapiferum, Fleckonem magistrum curie et Godefridum camerarium nostrum de Bagheym milites, officiatos et fideles nostros, qui se apud eosdem ciues creditores nostros, fide data obligarunt sub hac forma, quod ipsi similiter de Susato seu terminis Westphalie non recedent nisi — de eadem pecunia ipsis ciuibus nostris — foret plenarie satisfactum, seu alias super eorum recessu dictorum ciuium possint consensum optinere. Verum ad tollendum omnem ambiguitatem, si quem defectum in nobis seu fidejussoribus nostris antedictis esse contigerit quo minus de eadem pecunia ipsis ciuibus satisfiat — *de consilio prelatorum nobilium* et *fidelium nostrorum* obligauimus et obligamus eisdem, *officium Scultetatus nostri Susaciensis*, ita quod ipsum officium cum suis redditibus pro sui pignore pro dictis mille marcis ipsis maneat et sit obligatum. Curte in *Gelmene*, molendino dicto *Saltmulen* et agris dictis *Camp* sitis in fossatis ante portam beati Thome, ad ipsum officium pertinentibus, exceptis. Hoc adiecto quod nobis — licitum sit —



Digitized by Google

ipsum officium redimere — quolibet anno inter festum beati Petri ad cathedram et festum assumptionis b. M. V. — *perceptis in sortem non computandis.* In cuius rei testimonium presentes literas — nostro, capituli nostri Col. et fidejussorum nostrorum sigillis duximus muniendas. Et nos Decanus et Capitulum Colon. sigillum nostrum — duximus — apponendum. Et nos fidejussores singuli prenotati recognoscimus — fidejussisse — sigilla nostra apponentes, nos qui sigilla habemus — nos vero, quorum sigilla — non sunt appensa, astringimus nos, sub sigillis confidejussorum nostrorum — Nos vero Henricus dei gratia prepositus, Th. eadem gratia decanus et Lud. de Dycka canon. Eccl. Col. promittimus — nos effecturos — infra duos menses, postquam ex nunc ad terminos Reni redierimus, quod presens litera sub forma predicta sigillo nostri capituli sigilletur. Nos vero Decanus predictus, quia extra ciuitatem Coloniensem, propter necessitatem Ecclesie et discipline cleri Coloniensis, jacenciam explere seu facere non possumus nec debemus; promittimus eandem jacenciam, quam confideiussores nostri predicti Susati facient in aliqua communitate infra ciuitatem Coloniensem, extra communitatem maioris Ecclesie Colon. facere et explere. Datum et actum Susati tercia feria post dominicam qua cantatur oculi mei. Ao. dni. M°. CCC°. tercio. — Redditus etiam nostros dictos Slegelscat infra ciuitatem Susatiensem, pro supradicta pecunie summa, vna cum redditibus predictis, prefatis ciuibus modo simili obligamus. Datum anno et die supradictis. [14])

## 503.

1303. März 16. Entscheidet Erzbischof Wigbold, als Compromißrichter zwischen dem Probst und dem Kapitel zu Soest, über die Pfarrkirche zu Brilon.

Nach einer Copie aus dem 16. Jahrh. im Archive des Patrocliftifts.

In nomine domini amen. Nos *Wicboldus* dei gratia Sancte Coloniensis Ecclesie Archiepiscopus Sacri imperii per Italiam

[14]) An der Urk. hingen acht Siegel an Pergamentstreifen, von denen das letzte ganz abgefallen, die übrigen sehr verletzt waren; sie gehörten dem Erzbischof Wigbold, Probst Heinrich, Dechant Theodor, Canon. Ludolf v. Dycke, Wilh. v. Nuenare, dem Domcapitel und dem Stallmeister Fleck.

Archi Cancellarius, arbiter arbitrator seu amicabilis compositor In causa, lite seu questione, que vertebantur inter honorabilem virum *Theodericum* Prepositum ecclesie Susatiensis ex vna parte *Radolphum* Decanum et capitulum eiusdem ecclesie ex altera, super *ecclesia* et *decima* seu *obedientia* in *Brilon*, ab ipsa ecclesia Susaciensi dependentibus, electus et assumptus, prout in literis super hoc confectis plenius continetur, Vniuersis presentes literas visuris et audituris notum facimus, Quod consultatis diligenter circumstantijs vniuersis, que circa causam questionem seu litem predictas pro commodo partium predictarum ac vtilitatem ipsius ecclesie Susaciensis secundum statum presentem consideranda fuerant et expedire videbantur habitoque super ipsis secundum preposita partium vtrarumque in hac parte prudentum et fidedignorum consilio per viam amicabilis compositionis in scriptis pronunciandum, ordinandum et statuendum super eisdem lite et questione decreuimus in hunc modum. In primis igitur pronunciamus dicimus et statuimus, quod Theodericus Prepositus Susatiensis predictus decimam seu obedientiam in Brilon cum omnibus juribus redditibus et obuentionibus suis prout ex collatione Capituli Susaciensis hactenus haberi consueuerat, non virtute collationis nostre sibi de ipsa decima facte, sed ex ordinatione nostra, quam auctoritate Capituli tamquam arbiter in hac causa ad presens facimus, obtineat ad dies vite sue tanquam obedientiarius ecclesie Susatiensis supradicte, Item pronunciamus dicimus et statuimus, quod quia capitulum Susatiense dictum, ad ecclesiam in Brilon presentauit, et de eodem est eius loci Archidiaconus inuestitus tanquam pastor eiusdem, quod ipse Rudolphus sit et maneat pastor ecclesie supradicte, Tamen ex habundanti et propter bonum concordie ordinamus, quod Prepositus Susatiensis predictus, perpetuam vicariam seu vicepastoratum ecclesie in Brilon, si eam seu eum vacare contigerit, in proxima vacatione vnice cum suis attinentijs conferat, nec per hoc volumus ipsi decano, quo ad collationes postmodum, cum eadem ecclesia extunc vacare contigerit, de eadem ecclesia in Brilon faciendas, preiudicium generari. Item volumus, quod Radolphus decanus Susatiensis predictus, quamdiu vixerit, de ipsa ecclesia in Brilon habeat exnunc in antea quolibet anno Quattuor decim malta auene, per dictum prepositum sibi danda quamdiu ipse prepositus est obedientiarius in Brilon. Item dicimus, quod idem prepositus dabit de eadem decima Capitulo Susatiensi singulis annis octo malta auene. Item dabit similiter singulis annis eidem Capitulo Sedecim marcas denariorum Susatiensium, secundum antiquam consuetudinem diuidendas. Item dicimus, quod de duobus



Digitized by Google

annis vltimis, videlicet nunc proxime preteritis, idem prepositus soluet decano et Capitulo Susatiensi pensionem detentam, prout competebat ab antiquo de decima predicta, videlicet de quolibet anno Sedecim marcas Susatienses denariorum, et quattuordecim malta auene, ad communes vsus decani et Capituli equaliter conuertenda. Item dicimus, quod dictus prepositus prescriptos decanum et Capitulum de solutione pensionis detente duorum annorum predictorum assecurabit per auctionem idoneam ad certos terminos, de quibus ipse prepositus cum eis et ipsi cum eo, ad inuicem poterunt concordare, quorum terminorum ordinationem, si de ipsis inter se concordare nequiuerint, nobis presentibus reseruamus. Item dicimus, quod a solutione pensionis primi anni, quo ipse prepositus primitus se de dicta decima colligenda intromisit, idem prepositus maneat supportatus, eo, quia primo anno, cum dictam decimam colligere debuit, propter impedimenta decani et Capituli predictorum, qui dicto primo anno similiter eandem decimam colligere nitebantur, parum aut nichil ultra expensas suas recepit seu sustulit de eadem. Item dicimus, quod quamprimum ipsam decimam in Brilon siue per mortem dicti Theoderici Prepositi, siue ex resignatione eiusdem, seu alio modo canonice vacare contigerit, quod extunc decanus Susatiensis predictus, vel qui pro tempore fuerit, pro emendatione reditnum decanatus sui de ipsa decima habebit singulis annis Sex malta siliginis, Sex malta ordei et quattuor malta auene. Item extunc etiam percipiet et habebit *decimam minutam*, que *affhuste* vulgariter appellatur. Item dicimus, quod post mortem prepositi Susatiensis predicti, quicquid vltra Sedecim malta annone predicta, et *minutam decimam*, dictam *affhuste*, ut premittitur, decano deputata, fuerit et emerserit de ipsa decima in Brilon, quod hoc vsibus Capituli Susatiensis in perpetuum applicabitur pro emendatione prebendarum ecclesie Susatiensis supradicte. Item dicimus, quod quolibet anno, dum prepositus predictus cessauerit esse obedientiarius in Brilon, et decima colligenda fuerit, Capitulum adiungi decano, qui pro tempore fuerit, vnum vel duos de suis canonicis, qui expensis Capituli rationabilibus vnacum decano ipsam decimam colligant, et relicta decano pensione sua, sibi ut premittitur deputata, quicquid superfuerit de eadem decima, Capitulo integre presentabunt. Item dicimus et statuimus, quod propter bonum ecclesie Susatiensis post mortem prescripti prepositi ordinatio Capituli super ipsa ecclesia et decima in Brilon facta rata maneat, et ab eorum posteris imperpetuum inuiolabiliter obseruetur. Item dicimus et pronunciamus, quod si quem rancorem partes supradicte hincinde coniunctim vel

Digitized by Google

diuisim ex dissensione super eadem decima seu ecclesia inter ipsos exorta habuerunt, quod ille penitus omnimodo cesset, nec ab aliqua partium contra aliam ad animum vllo unquo tempore reuocetur, sed se mutuis honoribus et fauoribus inuicem prosequantur. Item dicimus et pronunciamus quod prefato partes pronunciatum, ordinationem et statutum nostrum premissum in suis articulis singulis, prout premittuntur, sub pena Quinquaginta marcarum, in compromisso expressarum, quamdiu idem prepositus eandem decimam habuerit, teneant et obseruent. Et per hec omnia, que inter ipsas partes usque ad hec tempora super ecclesia et decima predictis exorta fuerant, sint composita penitus et sedata. Actum, pronunciatum, ordinatum et statutum in presentia partium utrarumque, nec non presentibus dilectis in Christo Henrico preposito et Archidiacono Coloniensi, nigro Johanne Decano Sancte Marie ad gradus, Ludolpho de Dicke, Luberto de Lippia, canonicis maioris, et Hedenrico Scholastico Sancti Andree Coloniensium ecclesiarum, Johanne de gladio pastore ecclesie in Brule, Herbordo de Tremonia canonico Vilicensi, et alijs quamplurib us fidedignis in capitulo ecclesie Susatiensis predicto. Et ut huiusmodi nostrum pronunciatum in omnibus suis articulis firmiter a partibus hinc inde obseruetur, presentes literas ex hijs conscribi, et tradita cuilibet partium sub nostro sigillo copia earundem, Sigillo nostro iussimus communiri. Datum Susati Anno domini Millesimo tricentesimo tercio in die beati Heriberti episcopi.

---

## 504.

**1303. Juli 10. bekundet Gottfried, Edelherr von Rüdenberg, die vor seinem Freigerichte von Heinrich v. Corne geschehene Schenkung seines ganzen Vermögens an das Kloster Welver.**

Nach dem Original im Archive des Klosters Welver.

Uniuersis — Nos *Godefridus* miles *nobilis de Rudenberg*. — Notum facimus — quod ad nostram veniens presentiam et constitutus coram nobis. Hinricus dictus de corne. mentis et virium suarum compos vniuersa sua bona tam mobilia quam

Digitized by Google

inmobilia nulla conditione interiecta scilicet simpliciter et absolute. pro remedio anime sue. *ante sedem que wlgo dicitur vriestol.* coram *Conrado* dicto *hagene* eo tempore *vriegreue* conventui de *weluere* contulit seu donauit manu et ore. pacifice et libere perpetuo possidenda. Presentes erant Dnus Fredericus prepositus ecclesie in weluere. — Frater ewerwinus. et Frater albertus dictus aduocatus conuersi. Vt autem hec premissa nullus mutare uel impugnare valeat presentem litteram fecimus sigilli nostri munimine roborari. Datum anno Dni M°. CCC°. tercio. In die beatorum martirum Septem fratrum.[15])

## 505.

**1304. Jan. 22. quitirt Ehrenfried Quaterlant den Rück-Empfang eines Pfandſchillings von der Vogtei Rüdenberg.**

Nach dem Abdrucke in Kopps heimliche Gerichte. Urk. 70.

Nouerint vniuersi quod ego Erenfridus dictus Quatterlint famulus, officiatus in Mendene, pensioni XVIII solidorum denariorum, in *aduocatia de Rudenberg* vsualium mihi impingnorate, pro decem marcis denariorum susaciensium à nobili viro domino *Cunrado* de *Rudenbery* et *Godefrido* eius filio, renuncio per presentes, cedo etiam omni beneficio legis, quod mihi vel heredibus meis ex virtute huiusmodi contractus competere posset in futurum, apponens sigillum meum presentibus in testimonium super eo. Datum feria quarta infra octauas beate Agnetis virginis Ao Dni M°. CCC°. quarto.

[15]) An einem abgeſchnittenen und durchgezogenen Pergamenſtreif hängt das große, in grünem Wachſe abgedruckte Siegel Gottfrieds. (T. 3. Nr. 6.)

Digitized by Google

## 506.

**1304. Juni 10. bestellt der Canonicus Piel zu Soest, weil er nach Gewohnheit seiner Kirche, nach Paris reisen will, Executoren seines letzten Willens.**

Nach dem Orig. im Archive des Patrocliſtifts.

In nomine domini. amen. Ego *hermannus* dictus *pyl* Canonicus Ecclesie Susatiensis, *ex consuetudine dicte Ecclesie* me ad *villam parisensem* transferre cupiens, Compos rationis et corporis, elegi et constitui et tenore presentium litterarum eligo et constituo, Theodericum Thesaurarium et Gosswinum sacerdotem vicarium, Ecclesie Susatiensis, henricum dictum de heringen, judicem secularem in susato, ac brunonem dictum pyl fratrem meum carnalem, meos testamentarios et manufideles, et executores mei testamenti, et mee ultime voluntatis, Ita quod ipsi in solidum, qualitercunque Etiam de statu meo contingat euenire, Ea que ordinauero in testamento meo ad effectum perducant bona fide et exequantur, et que non ordinauero, ipsi ordinent prout saluti anime mee viderint expedire. Rogans tenore presentium sub sigillo meo humiliter, vt ipsi manufideles mei dictum testamentum in se recipiant exequendum. Nos igitur Theodericus, Gosswinus henricus ac bruno, predicti, huiusmodi testamenti executionem in nos resumentes, et in nomine domini in ipsa executione procedere cupientes, asscribimus nos presentibus literis ad petitionem ipsius hermanni, fore legitimos suos manufideles et testamenti executores, et singuli apponimus sigilla nostra huic scripto in testimonium super eo, *Ego* quoque hermannus, sigillum Ecclesie susatiensis ad causas apponi petiui ad premissorum euidentiam pleniorem, Ego Etiam bruno dictus pyl, quia sigillo proprio careo sigillo prepositure susatiensis presens scriptum nomine meo petii roborari. Datum anno domini M°. CCC°. quarto in Crastino beatorum Martirum Primi et feliciani. [16])

---

[16]) Von den angehangenen ſechs Siegeln iſt eins abgefallen; die übrigen ſind noch ziemlich erhalten. Piel führt im Schilde zwei kreuzweiſe übereinander gelegte Pfeile; ober dem Schilde ſteht eine Figur, welche die Rechte ſegnend aufhebt und in der Linken einen Hirtenſtab hält.

Digitized by Google

## 507.

**1305. Jan. 25. überträgt Ludolf von Friedhardskirchen dem Kloſter Welver ſeine Güter in Rickinchuſen.**

Nach dem Orig. im Archive des Kloſters Welver.

Omnibus — Ego *Ludolphus de vredehardeskerken* et Agnes vxor mea — recognoscimus et protestamur quod nos bona nostra sita in *Rickinchusen*. — sicut a progenitoribus meis Ludolphi. legitima successione fuerant ad me deuoluta. legitime vendidimus pro triginta marcis denariorum sosati legalium. nobis numeratis et traditis in presencia discretorum virorum proconsulum et totius consilii sosaciensis. Conuentui sanctimonialium monasterii in *Weluere* libere et pacifice perpetuo possidenda. Hiis factis nos coniuges predicti *coram libera sede in villa andopen*. vbi vir nobilis Dnus *Godefridus de Rudenberg* judicio vrigrauic sue presidebat. comparentes proprietatem eorundem bonorum donauimus conuentui supra dicto *obseruatis omnibus conditionibus que in donacionibus propriorum bonorum secundum terre consuetudinem solent obseruari*. Quia vero ego ludolphus proprium sigillum non habui. meo et vxoris mee nomine petiui Dnum de Rudenberg predictum et honestum militem *fridericum de Hurde*. ut meo et vxoris mee nomine sigilla sua litteris presentibus apponerent. — Et nos fredericus de hurde miles et Georgius dictus Bulike famulus promittimus eidem conuentui ex parte Ludolphi prenotati et suorum heredum et pro ipsis *per annum et diem ut moris est* eorundem bonorum rectam prestare warandiam. Huic autem donacioni *coram libera sede facte* presentes erant *Conradus hayene vrigrauius*. Johannes de colonia. hinricus de aquis. hermannus wale. Lodewicus de foro. hinricus balke. Goswinus de meldrike. Gerwinus de andopen. Lambertus de Scheydinge. Goscalcus et winemarus fratres de ekenscheyde. Arnoldus de aldendorp. Hermannus scriptor. Hermannus preco. et plures alii fide digni Hiis vero contractu et donacione debite consummatis. Nos Ludolphus et agnes predicti ad presentiam discretorum virorum. Consulum Susaciensium accedentes coram eis *iterato renuntiauimus* dictis bonis, transferentes in prefatum conuentum omne jus quod nobis et heredibus nostris in prefatis bonis competebat optinuimusque a dictis Consulibus per preces nostras Sigillum opidi Susaciensis

Digitized by Google

apponi litteris presentibus ad maiorem firmitatem premissorum. Testes autem huiusmodi renunciacionis et translationis sunt. Albertus de palsole et Bertoldus de herborne magistri consulum. — Sygenandus cum pugno. — Theodericus Aurifaber. — et totum consilium oppidi Susaciensis supradicti. Actum octauo kal. febr. anno dni M°. CCC°. Quinto.[17])

## 508.

**1305. Juli 8. erklärt die Stadt Recklinghausen ihren Beitrit zu dem Landfrieden, welcher zwischen dem Marschall von Westfalen und der Stadt Soest einerseits, und den Bischöfen von Paderborn und Münster andererseits abgeschlossen war.**

Nach dem Orig. im Archive der Stadt Soest.

Omnibus presentes litteras visuris et audituris. Nos Consules et universitas opidi *Rickelinchusen*. Notum facimus et protestamur. quod cum honesti viri dominus *Johannes de plettenbrec* miles *Westfalie Marescalcus* et scabini consules et uniuersitas civitatis *susaciensis* cum omnibus civitatibus et opidis Ecclesie Coloniensis marscalco commissis ex una parte. Nec non venerabiles patres domini paderbornensis et monasteriensis episcopi cum suis dioecesibus et dominis in..... eis adherentibus in pacem concordaverint in festo pentecostes quod fuit anno domini M°. CCC°. quinto. per anni revolucionem duraturam. Nos volentes eisdem Marscalco et civibus susaciensibus in hujusmodi pacis observacionem firmiter adherere cum simus membrum ecclesie Coloniensis firmiter promittimus et cum hijs scriptis nos obligimus quod omnia ea que nobis per hujusmodi pacis observacionem et impensionem imposita fuerint vel adhuc imponenda secundum tenorem litterarum que de dicta pace

[17]) An der schön geschriebenen Urkunde hängen die Siegel Gottfrieds v. Rüdenberg, Friedrichs v. Hörde und der Stadt Soest; jene beiden in weißem, dieses in grünem Wachse. Hörde führt blos die fünfblätterige Störmeder Rose. Alle Siegel sind verletzt.



Digitized by Google

sunt conscripta firmiter volumus observare ut eadem de pacis condictione sicut alii qui in pace sunt condicti gaudeamus et..... valeamus. in quorum testimonium sigillum nostrum litteris presentibus duximus apponendum. Datum feria sexta post octavam beatorum apostolorum petri et pauli Anno M°. CCC°. quinto. [18])

---

## 509.

**1305. Juli 11. ſtellt Diedrich Rump Vollmacht aus, einen dem Kloſter Oelinghauſen geſchenkten Hof zu Clotingen, vor dem dortigen Freigerichte aufzulaſſen.**

Nach dem Orig. im Archive des Kloſters Oelinghauſen.

Viro prouido et discreto. *Conrado* dicto *hagene libero comiti*. Nobilis viri dni *Godefridi* de *Rudenberg*. Theodericus dictus Rump. Salutem et rei geste cognoscere veritatem. Cum nuper ego Th. predict. frederunis mea mater. Helmicus. Rutgerus. et Richard. mei germani. in presentia dni *Johis de plettenbracht marscalci Westualie* constituti resignauerimus simpliciter ac manumiserimus ad manus religiosarum personarum. prepositi et conuentus de *Vlenchusen* proprietatem mansi siti in villa *Clotinchen* in parochia Weluere à nobis legitime dependente. Quem mansum Gerhardus dictus vamme cranen ciuis susat. dicto monasterio. suam locans inibi filiam, contradidit et legauit et nos *ad dictam manumissionem coram sede vestri liberi comitatus faciendam propter metum legitimum rerum et corporum nostrorum non possimus aliquatinus comparere*. vobis in sede liberi comitatus residenti seu etiam sedem pro uestro libitu statuenti. liberam per presentes concedimus facultatem tamquam si personaliter adessemus inuestiendi dictos prepositum et conuentum de prehabito manso et conferendi eisdem more à iure debito et consueto proclamatione premissa nichilominus competenti. Rogantes etiam

---

[18]) Das Siegel iſt abgefallen.

Digitized by Google

cum instantia per presentes quatenus sepedictos prepositum et conuentum mittere curetis in corporalem possessionem bonorum predictorum faciatis deinde ad uoluntatem eorundem quid de iure fuerit faciendum et hec uobis et omnibus quorum interest ego Th. pred. sub sigillo meo duxi presentibus intimandum. Datum ao dni, M°. CCC°. V°. in crastino septem fratrum. [19])

## 510.

**1305. Dez. 20. ſchenkt Renfried der Schorlemer dem Kloſter Benninghauſen ein Salzhaus zu Weſternkotten.**

Nach dem Orig. im Archive des Kloſters Benninghauſen.

Vniuersis — ego *Renfridus de scorlemere* miles notifico et recognosco — quod ego de bona voluntate et consensu vxoris mee Andree fratris mei ac omnium heredum — meorum puro et simpliciter propter deum et ob salutem anime mee ac meorum predecessorum dedi — donatione legitima — et libere resignaui religiosis personis, dominabus Abbatisse totique conuentui monasterii sanctimonialium in *Benekinchusen, — vnam domum salinariam* cum omni jure et pertinentiis quibuscunque sitam *in villa koten* spectantem ad ea bona, que teneo et possideo ad presens, ab ecclesia in *Odincgen* sub annua pensione decem et octo denariorum, a me et heredibus meis iam dicte ecclesie soluendorum *eo titulo qui pacht vulgariter appellatur* nolens autem huiusmodi pensionem in aliquo minorare, ymmo potius augmentare, prefatum conuentum in Benekinchusen meis ad hoc precibus inclinaui, vt prenominate ecclesie in Odingen de dicta domo salinaria annis singulis, in vigilia beati Martini hyemalis vnum talentum cere procurent presentari. — vnde in omnium premissorum testimonium — sigillum meum vna cum sigillo

[19]) Den Namen der Zeugen zufolge, welche in der erſten Auflaſſungsurkunde, deren die vorſtehende erwähnt, genannt ſind, wohnte Diedrich Rump bei Attendorn.

Digitized by Google

— consulum Lippensium duxi presentibus apponendum. Et nos ijdem consules presens scriptum — appensione nostri sigilli duximus roborandum. Testes sunt etc. — Datum in vigilia beati Thome Apli Anno dni M°. CCC°. quinto.[20])

## 511.

**1306. Febr. 22. verkauft Cordt von Borzen sein Gut zu Borzen nebst Zubehör, sodann sein Gut zu Radlinghausen, an den reichen Volpert Baecken zu Brilon.**

Nach einer Copie aus dem XV. Jahrh. im Archive der Stadt Brilon.

Ich Cordt van Borzen Katherine myn echte huſſrawe wy bekennen vor vns vnde alle vnſe rechten eruen dat wy hebbet vorkofft vnde vorkopet in crafft vnde macht duſſes oppen beſegelden breues borzen gelegen vor deme Scheſſcher walde up der gleyne myt ſyner thobehorynge alſ et gelegen in holte in velde in water in weyde in torue in twyge tuſger deme valenfelle int weſten vnde der ſnydemolle neyden up der gleyne vort van dar int oeſten an de veſpersſlegelle vnde an dat hus tom Scharpenberge vort mit CLXXXIX morgen landes vnde wezewaſſz dem rychen volpert baecken margarethen ſyner echten huſvrowen vnde alle eren rechten eruen vnde vort vnſen Hiſſeken Kamp de in ſych henet twe vnde dertych morgen landes vnde iij echtwerke der ij leggen an der hoygen warde der kleynen an der ſyden aff na der gleyne eyne an deme gronenberge na deme Sooſt wege vnde Xij

[20]) Das Siegel des Ausſtellers enthält in einem zeckigen Schilde einen von der Linken zur Rechten gehenden Querſtreifen mit einem etwas ſchmaleren Streifen umwunden, der nach beiden Seiten hin in abwechſelnde eckige Zähne, etwa wie eine geflochtene Schafhürde ausläuft. Fünf Jahre ſpäter ſchenkt Renfried der Schorlemer, dem Kloſter Benninghauſen ferner: duas domos salinarias cum aqua putei attinentis — in villa *koten*, spectantes ad ea bona que teneo — ab ecclia in Odingen — sub annua pensione decem et octo denariorum — pacht — das Kloſter Benninghauſen ſoll, damit jene Pacht nicht vermindert, ſondern erhöhet werde, ſtatt derſelben jährlich duo talenta cere an die Kirche zu Oedingen geben.

Digitized by Google

echtwerke de up borzen hort belegen Viij an deme varenberge achter deme Scharpenberge aff na der moyne iiij an deme lechtenberge upvort na deme valen felle myt eynem eygen holte geheyten de leydeberch eynes rechten ſteden vaſten ernekopes ſo ernekopes wonde vnde recht ys vor eyne reyde ſummen geldes de vns vorkoperen van dem ergenanten volperte vnde ſynen erven gudlich vnde woll betalt ys ſunder enych vortoch vnde ich Cordt vorg. Katherine myn echte huſvrowe ſolt vnde wylt volperte erg. margareten ſyner echten huſvrowen rechte gude vullenkomen warſchop don vor aller leygge anſpracke geyſtlix off weltlychts rechten duſſ. vorg. borzen myt ſyner thobehorynge als myt namen Xij morgen achter an der Horſt ſtoten up lemekens brock noch XXiiij morgen vnden an der Horſt vnder dem Sooſt wege her XViij morg. bauen up der horſt ſtoten na der luſeboecken Xiiij morg. vnder deme wolde her bogynden der gleyne ſtoten up den Soeſt wech int weſten XVj morgen van dem merſſypen her aff int oeſten dar de gleyne doer geyt Viij morgen ouer der gleyne vnder dem wolde her ſtoten up den ſoeſt wech int weſten lij morgen de gleyne aff na der ſnydemollen up beyden ſyden des waters XXiiij morg. boneyden deme ſypen de van dem Scharpenberge her aff kommet vp genſyt lemekensbrock XXV morgen tuſgen der gleyne vnde lemekens brocke int norden Vj morgen vor deme Scharpenberge by deme dyecke dorme vt geyt na brilon vnde ich Cordt upg. Katherine myn echte huſvrowe heuet vort deme erg. Volperte margareten ſyner echten Huſvrowen vnſe gud geleygen to Ratlychuß dat jtzunt in gewynne hefft Tylman ſelmers myt vnſer huſſtede gelegen bouen deme Kerchoue vnde eynen morgen weſewaſſz up duſſyt des dorpes vorkofft eynes rechten ſteden vaſten ernekopes ſo vorne wy vorg. vorkopers vnſe botalynge krygen des gudes haluen to Ratlynchuß myt wyder bewyſynge des gudes haue wy vorg. vorkopers dut gudt vt gegaen vnde van lande to lande jnt erſte haue wy eyne ingewert in huß vnde hoff dar negſt den vorg. morgen weſewaſſz vnde vort bouen deme huſe ij morgen bouen deme huſe her to X ſcep. by deme oeſtlinger wege dar de wech dor geyt vnde Vj morgen bouenen deme dorpe int norden vnde V morgen bouen deme kerckwege int ſuden vort iiij morg. bouen den deme kerckwege de grunt aff Viij morg. in deme weſter holte noch ij morg. by deme foſtenberger wege de na oyſtlyngen geyt noch iij morgen by deme wege de van haldynchuß kompt beneden deme dorpe, eynen morgen achter deme dorpe by dem ſteynhope noch ij morgen by deme neyder wege bouen an der benne her noch iij morgen bouen in deme roſebecker wege vnde ich Cordt vorg. Kathrine myn echte huſ-

vrowe ſolt vnde wylt dem erg. volperte vnde margareten ſyner echten hufvrowen vnde alle eren rechten ernen rechte vnde vullenkommen wartſchop doen ſo ſych eygen gudes warſchop eygent vnde geboret in dem rechten ſunder allerleygge anſpracke dat ſy in geyſtlychen off wertlychen reychten ſunder der vorkopers hynder vnde ſchayden up vnſe eygen Koſt vnde auentur ſo verne ſe vns enyge ſchrygfft off boyden ſendet an vnſe huß off wonynge dar wyr wonhafftych ſyen van ſtunt an ſall vnde wyll ich Cordt vorg. off myne rechten ernen noch raſten oder ruggen wy en hebben den vorg. Kopers dey wartſchop erſten gedan duſſ. vorg. gudes dat ſye borzer gud off Ratlynger gud nycht dar aff vt geſcheyden dat ſye nach dat mynſte myt deme meyſten dat wylle wy gans vnde alle vullenkomelychen halden vor fromme erlyche lude wan auer wy duſſer vnſer geloffte vnde vorkopes vnde wartſchop vorſumelych vorden vnde nycht inholden ſo wy van rechte ſolt vnde wylt ſolle wy als dan deme erg. volperte wedder vmme genen Viij hundert marck ſo in deme ſtyfft van Collen genge vnde gene toer myt rychtunge ſynes geleyden ſchayden nach erkentnuſſe fromer lude. Dck hane wy vorkopere vorg. borgen vnde gelouen geſath als myt namen den Erentveſten Engelbert van Brilon vnde den Erſamen Borgermeſter rodenberch borgemeſter to Ruden ſolken vorkop gelofft vnde wartſchop ſtede vnde faſt to holden ſunder argelyſt vnde heuet des vort to gade vnde den hilligen eyn eydt geſworen ouer duſſ. breff vor vns vnd vnſe ernen duſſen kop nummermeher to den ewygen tyden wedder to ropen wy off vnſe ernen et wer ſacke dat duſſe vorg. kopers dut vorg. gut vorkopen wolden aber moſten al effte halff off jchtes dar van dat ſolt ſe vns vorkopers off vnſen ernen to vorns an beyden ſo wy off vnſe ernen nycht konden aber wolden ſal he et den Erſamen van Brilon vorkopen off eren borger wy off wenn ſo et enne bohuſtet. duſſ. to wyder kuntſchap heue wy vorkopers duſſ. gudes eynen vtganck gedan vnde gaet duſſ. vt myt hande vnde myt munde to den ewygen tyden vor dem erg. veſten Engelberte van Brilon vnde dem Erſamen borgermeſter Rodenberge to boſyt vnde to bbhoff volperte vorg. vnd ſyner ernen to eyner reſtlychen ruuelychen boſyttenden heuenden wer to den ewigen tyden vnde wy vorkopers heuet vort gebeyden den Erentveſten Engelberte vnde den Erſamen borgermeſter rodenborch dat ſe ſampt myt vns duſſen breff er Ingeſegell vnden an gehangen heuet des wy Engelbert vnde rodenborch alſo bekennen vnde vmme beyde wyllen des vorkopers gerne gedayn hauen Tuch lude den duſſe kop vnde vorkop mede kundych ys ſynt geweſt de Erentveſte Engelbert

Digitized by Google

van Brilon borgermeſter rodenberch Tylman ſelmes Hans van Hilberynchuß vnde meher fromer lude genoch. Datum ao dni M°. CCC°. Vj°. up dag ſte peters ad Cathedram.

---

## 512.

1306. Juni 20. verordnet Erzbiſchof Heinrich, daß nach dem (am 7. April) erfolgtem Abſterben der Abtiſſin Agnes zu Meſchede, vorerſt keine neue Abtiſſin gewählt, vielmehr das Stift durch Johann von Arnsberg, Canonich zu Utrecht, verwaltet werden ſolle.

Nach dem Orig. im Meſcheder Stiftarchive.

*Henricus* dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, Sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, Dilectis in Christo Præposite Decane totique Conventui ecclesie secularis in Meschede salutem et eternam in domino karitatem. Divina providente gratia in pastorem Coloniensis ecclesie prefecti, circa curam gregis nobis crediti intendere sollicite nos oportet, Maxime ut collapse ecclesie in suum statum debitum reducantur. Cumque ecclesia vestra in Meschede predicta per obitum bone memorie Agnetis olim abbatisse ibidem, his diebus, videlicet anno domini Millesimo trecentesimo sexto feria quinta post festum pasche decedentis, Abatisse solatio destituta, tot et tantis dampnis per alienationem bonorum et possessionum eiusdem sit subiecta, et in tantum depravata, quod nisi celeri sibi succurratur remedio breviter ad talem verget inopiam, quod vix addiciat ut resurgat. Propterea quod nobis per literas vestras patentes supplicare curastis, ut honorabilem virum *Johannem de Arnesberg*, canonicum ecclesie s. Servatii Traiectensis Leodiensis dyocesis, consanguineum nostrum dilectum in temporalibus circumspectum vobis et ecclesie vestre pro administratore ac redituum et iurium vestrorum defensore dare curaremus; Attendentes itaque tenuitatem redituum vestrorum, et quod, si abbatissa ad presens eligeretur, nequiret propter inopiam alienata et distracta tam ab abbatia quam ab ecclesia vestra secundum vestri status et ecclesie vestre exigentiam recuperare ac

ipsi ecclesie iuxta statum presentem preesse utiliter ut deberet: Quapropter supplicationibus vestris inclinati ad prefatum Johannem virum nobilem, probate fidei, et potentem pro vestris et ecclesie vestre bonis et iuribus recuperandis et defensandis vertentes intuitum, ipsum Johannem administratorem seu negociorum gestorem, tam abbatie, quam ecclesie vestre predicte in temporalibus et collationibus beneficiorum cum cura et sine cura, loco Abbatisse dicte ecclesie preficimus et constituimus per presentes volentes, ut vasalli, ministeriales ceterique dicte ecclesie homines eidem Johanni tamquam abbatisse obediant et intendant, reuerenter sic ut per eius administrationem fructibus prebendarum vestrarum gaudeatis et divinus cultus in eadem ecclesia observetur, Ita etiam ut de bonis dicte ecclesie nichil alienet, inventa conservet et alienata recuperet, pro suo posse, prout iuramento suo corporaliter coram nobis et prelatis nostris per eum super premissis prestito, ad id se fideliter astrinxit nobisque aut nostris substitutis in hac parte de administratione huius, si requisitus fuerit, computationem redditurus. Quare vobis committimus, quatenus, eundem Johannem pro administratore seu negotiorum tam abbatie quam ecclesie vestre gestore habentes, ad ipsum in hiis, que sunt pro conservatione bonorum et iurium ecclesie vestre et in aliis que ecclesiam vestram respiciunt, tamquam ad administratorem per nos constitutum fiducialiter recurratis, salvo vobis et ecclesie vestre; ut si prefatus Johannes processu temporis, ex verisimilibus et probabilibus causis, huiusmodi administrationem et commissionem sibi factam dimittere contingat, ad electionem future abbatisse, ut prius, premissis non obstantibus, procedere valeatis; salvo etiam nobis, ut si prefatus Johannes in hiis negligens inveniatur et de hoc constiterit, ad ammocionem eiusdem procedatur. Ne autem ipsa ecclesia medio tempore spiritualibus destituatur auxiliis, dum proficit temporalibus incrementis, committimus Tibi, Decane dicte ecclesie, ut in spiritualibus quo ad correctiones et disciplinas, ipsi ecclesie presis, ne personis ipsius ecclesie per premissa dissolutionis materia preparetur, seu pereat divinus cultus in ecclesia predicta. Datum Colonie die dominica ante festum nat. B. Johannis Baptiste anno domini Millesimo Trecentesimo sexto.[21])

---

[21]) Das Siegel des Erzbischofs ist abgefallen.

Digitized by Google

minatus deprehendatur. Eodem modo. tres dies in ebdomada. scilicet dominica dies. feria secunda. et feria quinta, libere sunt concesse. — Sextum est. si alicui ciuivm quidquid furatum fuerit. et postremo inuentum infra ciuitatem. jvdici nulla pars in eo cedit. — Septimum est. quisquis infra ciuitatem sine contradictione uel obiectione anno et die moratus fuerit. et propterea quis eum pulsauerit arguendo. de obiectis se potest expurgare. saluo jure. — Octauum est quod nec nostrum. nec alicuius nostrorum heredum est. sine communi consensu judicem constituere. nec etiam consules. nec jvdices sine consensu ciuium. nec nostri. nec heredum nostrorum sit statuere. — Nonum est. quod nos in aquinolari parte oppidi tam ligna quam pashua concessimus. ita ut tempore oportuno. inde communiter utantur. — Decimum est. si ciuis conciuem edificando. uel sepiendo turbauerit. jvdices in parte illa ciuitatis constituti. super hoc discutiant. sed si vires eorum superauerit consulibus referatur et ipsi jvdicabunt. — Vndecimum est. Quicunque ciuium moriatur et infra oppidum carens justo herede. omnem substantiam eius. siue multa siue modica sit. consules integraliter conseruabunt. Quam si infra annum et diem legitimum. nullus secundum juris rationem exquisierit. nobis et posteris nostris assignabitur. — Duodecimum est. quicunque ciuium cum filia sua uel sorore. uel cum alia consanguinea sua. fornicantem deprehendat. ipse eam honorifice desponset. qui si legitime contrahere cum ipsa contempserit. X marcas ei administrabit. — Tertium decimum est. quod omnibus tam aduenis quam habitatoribus thelonei libertas est concessa. — Quartum decimum est. quod si conciuis quatuor solidos uadiauerit judici. duos ei denarios dabit. sex uero. si testibus fuerit conuictus. siquidem ultra presumptum fuerit. juri ciuitatis obsistit. — Quintum decimum est. ut nullus ciuium a nobis uel ab aliquo uicem nostram gerente. aut pro nobis quidquid facere uel dimittere uolente extra ciuitatem causetur. nec aliqua incommoditate turbetur. — Sextum decimum est. ut nullus ciuium jvdicio aduocatie aggrauetur. Ne igitur nos uel aliquis heredum nostrorum huiusmodi libertatem et jvra prescripta possit infringere. presens scriptum sigilli nostri munimine roboramus. Presentes fuerunt. Albertus custos et canonicus ecclesie in Meschede. Hermannus cappellanus noster. Canonicus in Arnesberg. sacerdotes. Theodericus dictus Rump. noster castellanus. Johannes de ardeya. Conradus de hvstene. Gyselbertus. judex eiusdem oppidi. tunc temporis. Theodericus de enze. Hermannus de gyvelinchusen. Rodolfus de slipruden. Arnoldus dictus Stric. et alii quam plures fide digni. Datum

Digitized by Google

et actum incarnati verbi anno. M°. CCC°. sexto. jn die beati Mathei apli et ewangeliste.[25])

## 516.

**1307. Mai . . schenkt Graf Ludwig von Arnsberg, dem von ihm angelegten Dorfe Langenscheid, Immunität und Lippe'sches Recht.**

Nach einer alten Uebersetz. aus dem XV. Jahrh. im Arch. v. Langenscheid.

Jn den Namen vnses Herenn amen. Wy Lodewich Greue to Arnsberch all den die dusse schriffte anseyn off (anhoren) Heyll to ewigen tiden. Die Vmmestant tobohoringe off onderschiet der titliken godedinge vnd dat scarpe der gerechtnisse des menschen vornellet vnde vorget sunder die schickonge der vorgangene dinck wertt bostediget in vorseryninge der breue hir vmme ouermitz dem tuge dusser iegenwerdigen schriffte wir kunt doin vnd botugen all den die dussen brieff anseyn off horen dat wy myt rade vnser vronde do wy anheneden Ene nigge stichtinge eynes niggen dorppes gehieten langenschiede in deme grunde vnses egendomps hebben wy den borgeren vnd jnwonners vullenkommen vryheyt vnd lyppesssche rechte gegeuen vnd hebbet die rechte doin tosamende schryuen eyn na dem anderen als hyr na volgende ys. — datt erste, Js ymant die in backende bruwende in valscher wichte vnd mate ouertret offt brecket dar ouer sult richten borgermester vnnd Raet to langenschiet. — dat andere, Neyn borger en sall sinen medeborger in eynigen saken buter dat dorp an gerichte laten vorboden off bekummeren id en hebe eme erst en ordell vnd recht to wyset Een borger en sall ock ouer den anderen neyn wapen gerochte ropen eer dan eyn ordell ouer enne gegangen sy vnde geuallen. — dat derde Js dat Een borger den anderen doet sleet vnde wert dar ouer bogreppenn den salme richten na rechte als sich gebort Sunder heuet hie huß vnd ander gudt dar ouer salmen nicht richtenn sunder ett sullen sine rechtenn ernenn hauen. — dat veerde, Wey in dem dorpe jaer vnde dach hebbet gewont vnbesproekenn wey enne dar nae bospreket vnnde anlanget hie mach sich van den saken der men enne tygget

[25]) Die Urkunde ist sehr schön mit gothischer Minuskel und verzierten Initialien geschrieben; das Siegel abgefallen.

enſchuldigenn, boheltniſſe doch dees rechtenn — dat vyffte, die Eeyke de wy den borgerenn vorkofft hebbenn by dey borbe vnde by der Hembecke vnd die Eyke dey wedder vnd vart vordielt vnd to hope ſtan in eren ackerenn off veltmarcke ſullen ſie vriggenn hebben vnd boſitten vnd brukenn eer na erem egen willenn — dat ſeſte, Wert dat Een borger den anderen voronrechtede in tymmerude off tunende dat ſall die Richter in dem dorpe dar geſatyet richtenn kann die Richter dat nicht richtenn ſo ſalmen dat ſchulden vnd brengenn an die Borgermeſter vnd raedt die ſullen dat richtenn — dat ſeuende, Jſ dat enych borger ſteruet vnd liet neyn eruen nae in dem dorpe al ſyn gut et ſi veill off luttick Borgermeyſter vnd raedt ſullen id bewaren kommet nymant die ed eſſche bynnen jare vnd dage na rechte ſalmen dat vns vnd vnſen nakomlingen ouer antworden — dat achtede, Jſ dat enich borger myt ſiner dochter, ſuſter, offt moynen offt myt ener anderen perſonen die eme hemelick ſy ymande bovindet offt bogripet in vnplicht offt onkeſſchiet, dey ſall ſie nemmen to enem elichen wyue wil hey des nicht doin ſo ſall hie oer geuen teyn mark. — dat negende, All den dey dar woent vnd all eren tokomlingen heb wy gegeuen vnd vorleynt fryhiet des toels. — dat tienden, Jſ dat En borger brecket iiij ß. dat loſet hie myt ij d. wert hie ouerwunnen myt tugen ſo ſall hie geuen Vj den. wat dar wat ouernomen dat ſall gan off wykenn to des dorpes nutte vnd rechte — dat elſte, dat neyn borger van vns off van ymande die vnſe ſtede holdet ſal buten dat dorp werden an gerichte werden geladen off myt irhande vngenoith werden bekummert. — dat twelſte, Neyn borger ſal werden boſwert mit dem ſryggen gerichte — dat wy off vnſe rechten eruen duſſe vryheit vnd rechte vorg. holden vaſte vnd vnuorbroeken hebn wy vnſe ſegell an duſſen breff doin hangen. gegeuen in den Jaren vnſes herenn M°. CCC°. septimo, feria... post octavas pentecostes, regnante Alberto Romanorum rege, Hinrico Archiepo sanctam Ecclesiam Colon. regente. Premissis dum agerentur aderant Gotfridus et Walramus filij nostri, Gotfridus dnus de Rudenberg consanguineus noster, ...ricus miles de Ense. fredericus plebanus in Hustene . . .

. . . . . .

. . . . . alii fide digni dat. anno et die predictis.[26])

---

[26]) Die lateiniſche Original-Urkunde ſoll noch vorhanden ſeyn, war aber

Digitized by Google

## 517.

**1307. Nov. 14. ſchenkt Graf Ludwig von Arnsberg dem Grafen Heinrich von Waldeck, das Eigenthum des Ziegenberges bei Medebach.**

Vollſtändig abgedr. bei Meyer in Wigands Archiv. B. 7. S. 178.

Nos *Ludovicus* Comes de *Arnesberg* — recognoscimus — quod — proprietatem montis dicti *Sigenberg* siti prope *Medebiche*, prout ad nos et progenitores nostros spectabat, nobili viro consanguineo nostro *Heinrico* Comiti de *Waldegge* in his scriptis libere donationis titulo damus, tradimus et assignamus perpetuo possidendam. Actum presentibus nobili viro *Johanne fratre nostro* preposito in Meschede *Godefrido* et *Walramo ſtliis nostris* — et aliis — fidedignis. Datum ad Hagnen. Ao. Dni. M°. CCC°. septimo, proxima tertia feria post festum beati Martini Episcopi.

---

## 518.

**1307. Nov. 29. beſtätigt Erzbiſchof Heinrich II. die Privilegien der Stadt Belecke und beſtimmt namentlich das Verhältniß derſelben zur Erzbiſchöflichen Kirche auf der einen und zum Kloſter Grafſchaft und dem Probſt zu Belecke auf der anderen Seite.**

Nach dem Orig. im Archive des Kloſters Grafſchaft.

Nos *Henricus* Dei gratia Sancte Coloniensis Ecclesie archiepiscopus Sacri Imperij per Italiam Archicancellarius vniuersis presentes litteras visuris et audituris, notum facimus, quod cum Ecclesia in *bedelike* cum emunitate et curte in monte bedelicke ad religiosos viros.. Abbatem et conuentum monasterii in Grascap, ordinis S. benedicti nostre. dyocesis et preposito in bedelike, qui suberat et subest ipsi monasterio in Grascap pertinuisset ab antiquo, à tempore cujus memoria non existit ipsaque Ecclesia in bedelicke ab ipso monasterio

---

bis jetzt nicht aufzufinden. Die auf Pergament geſchriebene Ueberſetzung, hat durch die Zeit ſehr gelitten.

Digitized by Google

## 513.

1306. Juli 24. bestätigt Graf Wilhelm von Arnsberg dem Kloster Benninghausen den Besitz aller Güter, welche demselben vor Alters durch seine Vorfahren von der Grafschaft Arnsberg geschenkt worden.

Nach dem Orig. im Archive des Klosters Benninghausen.

In nomine domini amen. Nos *Wilhelmus Comes junior Arnesbergensis.* Notum facimus — quod cum consensu. Nobilis Domine. *Beatricis* vxoris nostre, et *Godefridi* filii nostri, omnes venditiones, ac translationes bonorum in *Beke,* in *Suberninchusen,* in *Wirinchusen* et quorumlibet aliorum, siue feodalium, siue Ministerialium, seu eorum, que vrigguth wlgariter uocabantur, ad *Dominium cometie nostre de Arnesbergh* antiquitus pertinentium, Religiosis personis domino Abbatisse, ac conuentui monealium Monasterii de *benekinchusen* Cysterciensis ordinis dudum factas. nec non donationes — a Nobilibus viris. domino *Godefrido* quondam comite in Arnesbergen auo nostro, et domino *Ludewico* ibidem comite patre nostro. eidem monasterio — factas — presentibus — approbamus — ac — stabilimus. — Item renuntiamus omnibus penitus questionibus, siquas super transgressionibus seu delictis, siue sepibus vel fossatis, vel quibuscumque occasionibus, seu causis mouere possemus, — Et in horum testimonium — dedimus eidem Monasterio presentes litteras nostri sigilli munimine roboratas, Sigillum quoque viri Nobilis *Godefridi domini de Rudenberg.* consanguinei nostri apponi fecimus, ad maiorem certitudinem premissorum. Testes etiam huius rei sunt, Hermannus dictus Wambisticken, cappellanus noster in Euersbergh. Gyselbertus judex. Theodericus rump. Gerhardus vos. Ludolfus. Hermannus et Henricus dicti Goswininch. Henemannus de valle. Johannes dictus Rike. Rychardus et Theodericus fratres dicti de Bracht. — Godefridus prope macellum. — Otto famulus noster. — Actum. nono kal. Augusti. anno domini M°. CCC°. sexto.[22])

[22]) Die in gelbem Wachse abgedruckten Siegel des Grafen u. Gottfrieds v. Rüdenberg, hängen an grün u. roth seidenen Strängen.



Digitized by Google

## 514.

1306. Aug. 19. bekundet Gottfried, Edelherr von Rüdenberg, eine zwischen ihm und dem Kloster Paradies geschlossene Vereinigung, über seine Rechte als Stuhlherr der Freigrafschaft, worin das Kloster lag.

Nach einem Copiarium des Klosters Paradies.

Uniuersis presentes litteras uisuris et audituris. Nos *Godefridus nobilis dominus de Ruddenberg* ad plenam noticiam veritatis in perpetuum recognoscimus et protestamur, quod cum *cenobium de paradyso* situm sit in terminis nostre *vrigravie*, Ne tamen super singulis excessuum articulis spectantibus ad examen nostri judicii secularis, inter nos et heredes et successores nostros ex una parte et dictum cenobium ex altera contingat, frequenter novas suscitari questiones, Nos receptis à dicto cenobio viginti marcis denariorum susati legalium et bonorum de consensu *domine palmanie* uxoris nostre nec non *Conradi, Godefridi, Henrici, Hermanni, Engelberti, Johannis, Gertrudis, palmanie* et *odilie* liberorum et heredum nostrorum bona voluntate prefatum cenobium exemimus et in hijs scriptis eximimus de articulis infra scriptis, Quorum primus talis est. Quod infra septa dicti cenobii liber preco noster, qui pro tempore fuerit, numquam deinceps officium preconatus exercebit. Item occasionem hominum ibidem moriencium cujuscunque status vel condicionis extiterint, sive fuerint advene vel indigene. Nos et heredes nostri numquam deinceps peculium seu hereditatem requiremus seu accipiemus, salvo tamen nobis jure nostro, si quispiam mancipiorum nostrorum ibidem moreretur. Item in bonis ibidem vel alias furto subtractis et ibidem inventis jus non habemus. Item in jumentis que in vulgo vorstrekinghut nuncupantur infra eadem septa jus non habemus nec vindicare possumus quoquo modo. Item in sepibus et fossatis agrorum, qui ex septis eisdem coli solent, jus non habemus nec penam exigere possumus, quocumque modo sepiantur vel fodiantur, sed vicinia reclamante et probante publico juri per huiusmodi sepes et fossata prejudicium esse factum, sepes et fossata deponentur, alioquin querimonia ad nos delata, nos ut sepes et fossata in prejudicium juris publici facte deponantur, dictis cenobitis debitam faciemus monicionem, cui si parere renituerint ex tunc jus nostrum, racione excessus

Digitized by Google

contra ipsos poterimus si nobis placuerit exercere. Item transposicionem vie veteris quondam curtem dicti cenobii transeuntis, approbamus et perpetuo stabilimus[23]) admittentes etiam quod sepem apud Ridderincmolen depositam reponant et ea perpetuo pociantur. Item renunciamus procuracioni contra Sifridum Eckhardinc et sumptibus per nos factis nec non litteris super eadem procuracione nobis collatis. Et hijs omnibus articulis adeo plane et expresse renunciamus, ut nos et heredes vel successores nostri, jam nati vel deinceps domino largiente nasciturі nunquam super ipsis articulis contra prefatum Cenobium aut ejus familiam, questionem aliquam suscitemus et in horum testimonium et firmitatem eidem cenobio dedimus presentes litteras nostro sigillo roboratas et effecimus viri nobilis domini *lodewici comitis de Arnsberg* et oppidi susaciensis sigilla pro nobis et nostris heredibus apponi ad majorem firmitatem premissorum. Actum et datum XIIIIº. kal. Septembris anno domini Mº. CCCº. sexto, presentibus Arnoldo de Hervorde, Ecberto de foro, Gerhardo Cranz et Iohanne Make canonicis monasterii wedinchusen Item wichmanno de Hervorde. Bertoldo de Herborne magistris consulum, Rhegenbodone gothinc, Wernero rufo, Lodewico de Sunhere, Lodewico de foro, theoderico sterenberg, Conrado de Morum, Wichmanno de vlerike, Sygenando cum pugno, arnoldo Scotthinc, Henrico de Ruden, Brunone makin. margordo de lo, et toto consilio oppidi Susaciensis. Item Radolfo Hackin, Eberhardo Hessin, Stacio judice arnsbergensi et pluribus aliis fide dignis et honestis.

## 515.

1306. Sept. 21. bestätigt Graf Wilhelm von Arnsberg der Stadt Eversberg, welche zuerst von seinem Großvater Gottfried III, dann von seinem Vater Ludwig gefreit und mit Lippe'schem Rechte bewidmet worden war, alle diese Rechte.

Nach dem Original im Archive der Stadt Eversberg.

In nomine domini. amen. *Wilhelmus, junior Comes in*

[23]) Ueber die Verlegung dieses Weges ist noch eine besondere Urkunde ausgestellt: 1306, feria tertia post festum beati Martini con-



Digitized by Google

*Arnesberg,* omnibus presens scriptum inspecturis. salutem in perpetuum. Circumstantia rerum temporalium. mentis acumen elabitur. sed litterarum inscriptionibus rerum gestarum series confirmatur. Presentis igitur pagine testimonio, omnibus huius littere inspectoribus significamus et protestamur. quod nos oppidanis nostris in *Eversberg* recognoscimus hoc. quod ab auo nostro comiti (sic) *Godefrido,* primitus. postmodum uero secundo etiam a dilecto patre nostro. Comiti *Lodewico,* plenam libertatem et jvra ciuitatis *lyppie* per ordinem conscripta et sigillis eorundem confirmata meruerunt.[24]) Quam libertatem et jvra, nos amicabiliter approbantes, ad maiorem cautelam et securitatem etiam conferimus et confirmamus. predictam libertatem et jvra lyppensium. et similiter per ordinem decreuimus eisdem conscribi. Primum est quod omnis sanguinis effusio facta sine acumine armorum non nobis uel alicui heredi nostro. sed consulibus cedat judicare. eo tenore. ut muniendo loco, exinde omnis prouentus, emergens cedat. — Secundum est. si aliquis in pistrando uel braxando uel aliis. scilicet statera iniusta, uel mensuris excesserit. Consules super hoc discutient. et judicent. — Tertium est quod ciuis conciuem extra ciuitatem in causam nisi per sententiam excesserit trahere non debet. nec etiam arma ante sententiam latam debet ciuis in conciuem proclamare. — Quartum est. si ciuis conciuem occiderit. et deprehensus fuerit. secundum quod justum est judicatur. sed si domum uel res alias habuerit non jvdicantur. sed cedunt suis heredibus. — Quintum est quod annuali foro duobus diebus ante et post. judicii rigore nullus hominum astringitur. nisi in recenti aliquid emergat. uel quis exter-

---

fessoris, in *villa Andopen sub tilia coram libera sede ibidem,* presentibus Conrado Haghin nostro vrigranio, Goswino de Rodenberg milite etc. etc. henrico leppen precone nostro et — aliis.

[24]) Diese früheren Rechtsbewidmungen finden sich im Eversberger Archive nicht mehr vor. Nach einer Notiz des verstorbenen Canonicus Bocksköpff zu Meschede, der sie wohl noch gekannt, ist die von Gottfried III. aus dem Jahre 1243 und die von Ludwig aus dem Jahre 1282. — In der nämlichen Art wie vorstehend Graf Wilhelm, erneuerte dessen Sohn Gottfried IV. im Jahre 1331 der Stadt Eversberg die ihr von seinem Urgroßvater verliehenen Rechte. Diese noch vorhandene Urkunde, ist feria sexta proxima post dominicam exurge domine datirt. Zeugen: Joh. rector Ecclesie in Eversberg, Godefridus de Meschede miles, Herm. dict. Spirinch, Herm. de Rymelinch. Herm. de Giuelinch. Herm. dict. Kelnere, Joh. dict. bluel. Conr. de Cobbenrode, Conr. de Bynole.

Digitized by Google

vlinchusen resignauerunt similiter coram nobis. Et Nos in testimonium premissorum, — rogati — presentem litteram — quia idem lambertus proprio sigillo caruit et caret, sigilli nostri appensione, fecimus communiri. Datum et actum in haegnen. anno dnj. M°. CCC°. octauo in Cathedra beati Petri apostoli. Presentes fuerunt. Dnus Goswinus prepositus in vlinchusen. — Et alij quam plures. —

## 522.

**1308. Märtz 28. verkaufen Heinrich Korff, Albert v. Waltringhus, Henneke v. Anróchte und Godert Korff, Hof und Gut zu Walteringhausen, genannt Annenborn mit der Kapelle, altarhörigen Leuten u. ſ. w. an das St. Walburgis-Kloſter bei Soeſt.**

Nach dem Orig. im Archive des Walburgisklosters.

Ich hynrich korff Bekenne oppenbare in duſſem breyne dat ich myt Willen Albertes Walterinchus Henneken van Anrochte Goderdes korues mynes neuen vnd vord myt wyllen alle vnſer rechten eruen — vor eyne ſummen geldes — hebbe vorkoft — dem Proueſte der Priorne vnd den gemeynen Junchvrowen des Cloſters to Sente Walburge vor ſoeſt gelegen vnd ſunderlix vnſer leyuen vrowen koſterſchen des ſelnen Cloſters vnd al eren nakomelyngen mynen hoff vnd gut to Walteryngchuſen gheheyten to Annenborne myt Capellen myt tymmeryngen myt alterhorighen luden Alſo alze dat ſemetlyke gud — gelegen is — vor eyn dorſlachtig eghen gud ledich vnd vryg ſunder yrleyge pechte oppe ſo danen teynden alze dat Cloſter van Sente Walberge vorgenannt dar alreyde ut hadde, vnd wy hynrich korff albert Walterinchus henneke van anrochte vnd Godert korff vorgenannt ſynt des vorgenannten ſemetlyken gudes ut geghan in deme goghe-richte to Erwytte vnd ouch vor dem gogherichte to Broekſode dar dat gud vorgenannt ynne gelegen is vnd hebt dar op vorteghen — alze recht is — vnd hebt dat — gud — vort gelaten in hant des proueſtes pryorne vnd Junch-vrowen des cloſters ſente Walburge — vnd ich hynrich korff — vnd al myne eruen — ſollen en — des vorgenannten — gudes alwege rechte warſchop doen — alze eghen gudes recht

is — wer ouch dat en dat vorgenannte gud ouer kort offte ouer lang yrleyge Wyse besproken worde wan sey my hynrike — vnd mynen eruen — dan dat to weten doen in vnse antworde effte in vnse wonynge so solle wy bynnen den nesten achte daghen dar na to zoest in ryden vnd dar nummer ut to scheyden, wy en hebben en dey ansprake aue geleghet vnd quiit ghemaket, alzo dat sey des genslyken ane schaden blyuen quemen sey ouch des in yenighen schaden dar solle wy sey degher vnd al van entheuen wert ouch dat wy dan wan wy in der Wyse in reden ut vnd hem to daghen schaden nemen wu syk dey schade makede, dar en sollen noch en doruen sey vns nyth vmb schuldich syn to antwordene noch to rychtende — Allet dat hyr vorgenannt steyt dat loue wy hynrich korff Albert Walterynchus, henneke van anrochte vnd Godert korff vorgenannt vnd sekeren in guden truwen — stede vnd vast to haldene — vnd hebn des to tughe der Warheyt vnse Ingesegel vestlyken vnd wytlyken an dyssen breyff vor vns vnd vor alle vnse eruen vnd nakomelynge gehangen — vnd wy Roleff sachou Gogreue tot erwyte Gobel stiis Gogreue to Broeksode wynte alle disse vorgenannte stucke koep vortygnisse vnd oplatynge des sementlyken gudes to walterynchusen vorgenannt vor vns gescheyn synt to rechter richte tiit do wy stede vnd stoel beseten alze recht is zo hebn wy vnse Ingesegel mede to tughe vnd tor meren sekerheyt vmb bede Wyllen beyder partyge an dyssen breyff ghehangen vnd wy Gert van ense heynrich van landesberghe vnd Wylhem van volklinchhusen hebn ouch tor meren kontschap alle disser vorgenannten stucke vnse Ingesegel vmb beden wyllen beyder partige mede to tughe an dissen breiff gehangen dar ouer vnd ane waren Ersame lude her hynrich van brylon pastoir tot anruchte — vnd ander lude noch Datum anno domini Millesimo CCC°. octauo feria quinta prorima post diem annunciationis gloriosissime virginis Marie.[30])

---

[30]) Die Siegel sind noch vorhanden aber zum Theil zerbrochen. Henneke v. Anröchte siegelt mit einem Arnsberger Adler im Schilde; die Umschrift ist nicht zu lesen. Albert Waltringhus siegelt mit einem Kesselhaken wie die von Hüsten und Kettler; die Umschrift ist S. Alberti de *Meldrike*. Die Siegel v. Korff, Ense und Landsberg sind bekannt; Wilhelm von Volklinghusen siegelt mit einem Mühlrade wie die von Sassendorf. Die Witwe Rutgers v. Meldrike, stiftete auf ihrem Gute zu Waltringhausen 1322 ein Kloster, welches Annenborn genannt und welchem die Pfarrei Melrich 1325 übergeben wurde. M. s. die Urkunden v. 1322 und 1325.

Digitized by Google

## 583.

1308. Nov. 20. ſchenkt Gerhard von Rüden ſeine Güter zu Schmerlike, welche er von der Abtiſſin zu Meſchede zu Lehn trug und für welche er derſelben ſeine Aecker vor Lippſtadt hinwieder zu Lehn aufgetragen hatte, dem Kloſter Benninghauſen.

Nach dem Orig. im Archive des Kloſters Benninghauſen.

Uniuersis — Nos.. Castellani in Ruden et.. Consules opidi Ruden notificamus — quod constitutus coram nobis *Gerardus dictus de Ruden* pio circa conuentum monasterii in Benekinchusen — motus desiderio — jus proprietatis — in bonis dictis *Smerlike* donauit — dicto Conuentui, et ad vsum ipsius conuentus — coram nobis — resignauit. quam quidem proprietatem — Gerardus titulo feodi tenuerat ab — Abbatissa secularis Ecclesie in Meschede, loco enim huius proprietatis ipse Gerardus de permissione — heredum — suorum proprietatem agrorum suorum in campo Lyppensi situatorum dictorum *Lederslo* dicte.. Abbatisse et Ecclesie in Meschede contulit — perpetualiter possidendam. Renuncians omnibus exceptionibus — juris Canonici vel Ciuilis — In horum — testimonium — Nos.. Castellani et.. Consules supradicti sigilla nostra ad petitionem — Gerardi — duximus — apponenda, Nichilominus Ego Gerardus — in signum ratihabitionis et consensus mei ac meorum heredum sigillum meum apponi feci huic scripto, Datum feria quarta ante festum beate Cecilie virg. anno dni. M°. CCC°. octauo.[31])

---

[31]) Das Siegel Gerhards v. Rüden, in Herzform, ſtellt den Arnsberger Adler vor, mit der Umſchrift S. Gerhardi de Ruden. Das Siegel der Burgmänner iſt ebenfalls noch vorhanden, (Taf. 7. Nr. 4.) Das der Stadt Rüden aber abgefallen. Es iſt noch eine Ausfertigung dieſer Urk. vorhanden von 1308. feria quarta post judica; ſie iſt blos von den Castellanis in Rüden und Gerhard ausgeſtellt. Es werden darin als Zeugen genannt: dns Theodericus de visbeke. dnus fredericus de Sassendorpe milites. Theodericus de Meschede. Hermannus Beketa et alii quam plures. Sonſt iſt ſie der vorſtehenden gleichlautend.

Digitized by Google

## 524.

1309. Januar 13. verkauft Gottfried, Edelherr von Rüdenberg, dem Kloſter Welver eine hörige Frau, nebſt ihren gegenwärtigen und künftigen Kindern.

Nach dem Orig. im Archive des Kloſters Welver.

Nos — *Godefridus* nobilis dominus de Rodenberg vniuersis — notum esse cupimus — quod nos de maturo consilio et libera uoluntate *Palmanye* vxoris nostre legitime. *Conradi. Godefridi. Hinrici. Engelberti. Hermanni. Johannis. Agnetis. Coneyundis. Gertrudis. Palmanye. Odilie.* omnium heredum et coheredum nostrorum vendidimus et vendimus nichilominus per presentes *Walburgim* vxorem. *arnoldi de merclinchusen* cum sex pueris nunc natis aliis in posterum nascituris cum omni iure quo nobis ipsa astricta fuerat pro XII marcis denariorum. Deuotis in xpo domine.. abbatisse et conuentui sanctimonialium in weluere ordinis cyst. ita sane quod nos nec predicti nostri heredes prorsus aliquid iuris habebimus in eisdem. acta sunt hec presentibus etc. — In cuius rei testimonium — cum sigilli nostri munimine presentem litteram duximus roborandam. Datum anno dni M°. CCC°. IX°. in octava epyphanie domini.[32])

## 525.

1309. März 12. räumt Ehrenfried v. Bredenol dem Kloſter Grafſchaft an Lehn-Gütern, auf zehn Jahre eine Rente, mit theilweiſem Beſitze ein.

Nach dem Orig. im Archive des Kloſters Grafſchaft.

Liqueat presentium inspectoribus vniuersis, quod Ego *Erenfridus de Bredenole,* consentientibus heredibus meis Reuerendo domino meo domino.. abbati Ecclesie in *Grascap* et suo ibidem Conuentui, de ordinatione et instantia petitionis Godefridi Thesaurarii eiusdem Ecclesie, ex mansis duobus sitis

[32]) Das Siegel (Hund und Vögel) iſt zerbrochen.

Digitized by Google

in Grascap tamquam à matrice Ecclesia dependeret, Nos considerantes quod homines in dicto loco bedelicke commorantes, variis angarijs et exactionibus indebitis grauarentur et alia eis dampna gravia et multiplicia inferrentur, pensata in hoc utilitate nostre Ecclesie, eorundem Abbatis et conventus ac prepositi consensu vnanimi accedente, in eodem monte et emunitate bedelike munitionem seu Oppidum prout per bone memorie Dnum Syfridum, Coloniensem Archiepum predecessorem nostrum, seu *Johannem* de *plettenbracht Marscalcum suum et nostrum* Westphalie primo ceptum et inchoatum fuit, per quod quidem Oppidum homines et amici Coloniensis Ecclesie ibidem nunc residentes et in antea se recipientes, possint ab hostium incursibus defensari, duximus construendum secundum conditionem et formam infra scriptam, videlicet quod ipsum Oppidum cum petitionibus ibidem pro tempore faciendis et habendis, nobis successoribus nostris et Ecclesie Coloniensi in perpetuum attinebit. Oppidani quoque ejusdem loci similiter nobis et Ecclesie nostre fidelitatem prestabunt primo et principaliter et deinde abbati de Grascap seu preposito in bedelike nomine Ecclesie in bedelike.. Preterea de singulis areis dicti Oppidi, que dicuntur vurstede, singulis annis in festo B. Martini sex denarii et duo pulli persoluentur quorum medietas nobis et Coloniensi Ecclesie, reliqua vero medietas preposito in bedelike pertinebit. Ceterum quotiens aliqua domus in bedelicke venditur, dabuntur duodecim denarii pro releuatione ejusdem ab ipsius emptore quam quidem pecuniam inter nos et dictum prepositum diuident. Insuper de molendino juxta dictum Oppidum sito, cuius institutio et destitutio ad prefatum prepositum pertinet et *vnum maltum* siliginis in eodem festo beati Martini persoluetur quod Nobis et Ecclesie nostre est[27]) et reliquum jam dicto preposito attinebit. Preter hec condictum est quod si multiplicato populo Oppidi predicti prepositus poterit adhuc vnum molendinum suis expensis construere sic quod fructus exinde proueniens sit nobis et ipsis vtrobilibet communis vt est dictum de molendino supradicto. Vltra hec aliud, vel alia molendina non erigentur sine consensu prepositi memorati. Demum decreuimus, quod ipsos Abbatem et Conuentum ac prepositum in bedelike volumus in omni eo jure Ecclesie in bedelike emunitatis et jurium ad eandem pertinentium remanere, quibus

---

[27]) Dieſe Stelle iſt augenſcheinlich in der Urkunde verfälſcht; jedoch der urſprüngliche Sinn derſelben nicht ganz mehr zu errathen. Die Abgabe an den Biſchof betrug mehr als ein Malt.

Digitized by Google

ante fundationem hujusmodi Oppidi in eadem Ecclesia in spiritualibus et temporalibus sunt gaulsi saluis conditionibus superius ennaratis. In cujus rei testimonium presentes litteras (sigilli) nostri munimine duximus roborandas. Et nos.. Abbas et Conuentus ac prepositus in bedelike predicti confitentes premissa vera esse sigilla nostra in horum firmitatem perpetuam et euidentiam apposuimus huic scripto. Datum Anno Dni millesimo trecentesimo septimo. in vigilia beati Andree Apli.[28])

## 519.

1308. Jan. 7. bekundet der Stadtrath zu Brilon, wie mehre Erben ein Gut des Stifts Gesecke zu Almen und die Entrichtung der darauf haftenden Abgaben, unter sich vertheilt haben.

Nach einem Copial-Buche des Stifts Gesecke.

Vniuersis christi fidelibus presentes litteras visuris et audituris Nos judex et consules opidi Brylon notum esse cupimus et tenore presentium publice protestamur quod Arnoldus dictus de rosbeke, volmarus dictus vondengot, Johannes de Buren, Henricus et Hermannus fratres dicti Wescelinch, Lutmodis relicta quondam Alberti dicti Lore nostri conciues, Item Nenneke, Hermannus et Hawordus fratres de Almana et Bruno de Almana in nostra presentia constituti recognouerunt se teneri venerabilibus dominabus Abbatisse et capitulo secularis ecclesie in Ghesike in vna marca denariorum legalium de bonis in almana dicte ecclesie pertinentibus nomine pensionis, quorum denariorum Arnoldus de rosbeke soluet XXXII den. et obulum, item Volmarus Vondengot, XXXI den. et ob. it. Lutmodis predicta XII den. it. nemicke Hermannus et Hawordus IV sol. preter III den. it. Bruno de Almana XIIII den. et hos denarios soluent singulis annis ipso die beati Martini episcopi nuntio predictarum dominarum quem ad opidum Brylon destinauerint sub hac pena quod si aliquis

[28]) Das Siegel des Erzbischofs ist in gelbem, das des Probsts und Convents in grünem Wachse abgedruckt, sie haben sämmtlich gelitten.

Digitized by Google

dictorum pensionariorum iam dicto die beati Martini non soluerit nec saltem infra quindenam post eundem diem beati Martini. ad predictam ecclesiam in Ghesike non miserit, sed negligens et remissus inuentus fuerit in soluendo, in parte vel in toto, extunc bona sua de quibus pensionem predictam soluere debuit, amittet et eadem bona ad dictam ecclesiam in Ghesike redibunt et spectabunt cum integritate fructuum vniuersorum contradictione qualibet procul mota. In cuius rei testimonium sigillum opidi nostri predicti ad petitionem predictorum pensionariorum duximus apponendum. Datum anno domini M°. CCC°. VIII°. in crastino epyphanie Dni.

## 520.

1308. Jan. 21. befreit Waldemar, Markgraf von Brandenburg und der Lauſitz, die Bürger zu Soeſt, von dem Strandrechte in ſeinen Staaten.

Nach dem Original im Soeſter Stadt-Archive.

In nomine domini amen, Waldemarus dei gracia, *Brandenburgensis* et *Lusacie marchio,* Tutorque illustris marchionis Johannis, vniuersis xpi fidelibus in perpetuum, utriusque vite prosperitatem, Quoniam iuxta verbum sapientis vnumquemque decet fore memorem beneficii et virtutis sibi facte, Ad noticiam omnium cupimus peruenire, dilectos nobis.. Ciues Susatenses, Coloniens. dyocesis, suis erga nos virtutibus meruisse, quod eorum commodum et honorem, plus ceteris affectamus volentesque eis nostrum affectum in effectu demonstrare, predictos Ciues Susatenses recepimus, et litteris presentibus recipimus in nostram protectionem, et graciam specialem Talem videlicet, quod in quocunque loco nostrarum Terrarum, naufragii periculum inciderint. omnia bona que suis laboribus et sumptibus de periculo maris vel fluminum quorumcunque cripuerint, cessante cuiuslibet contradictionis obstaculo, sibi integra remanebunt, et quilibet eis ad talium bonorum ereptionem cooperans, pro suis laboribus et sumptibus recepto mercede graciosa, nichil amplius de bonis talibus usurpabit, Nullum eciam dictorum Ciuium, paciemur in nostris Terris, pro delictis alienis arrestari, vel aliqualiter impediri, Nosque in inpedimentum eorundem Ciuium nichil attemptabimus, nisi preinti-

Digitized by Google

macione sex Ebdomadarum honesta preeunte, Preterea, de mera liberalitate, prefatis Ciuibus iudulsimus et presentibus litteris indulgemus, quod aliquo ipsorum in nostris Terris decedente, bona ipsius apud aliquem honestum deposita, per annum et diem integra conseruentur, defuncti heredibus reddenda, dummodo infra annum et diem se pronunciant, talia bona debite petituri, Hiis et aliis virtutibus volentes illustrium Principum progenitorum nostrorum, vestigia imitari, prefatos Ciues Susatenses, prefatis graciis perpetuo libertamus, dantes eis has litteras, nostri Sigilli munimine roboratas in testimonium perpetue firmitatis Datum Susati, Xij kal. febr. anno dominice incarnat, millesimo Trecentesimo, Octauo.[29])

## 521.

1308. Febr. 22. bekundet Graf Ludwig v. Arnsberg, daß Lambert von Eſtinchuſen ſeinen Zehnten zu Holthauſen dem Kloſter Oelinghauſen vor dem Freigerichte überlaſſen habe.

Nach dem Original im Archive des Kloſters Oelinghauſen.

Nos *Ludewicus Comes de Arnesberg,* Innotescimus — quod *Lambertus de Estinchusen,* Decimam suam in *holthusen,* — quam a nobili domino, *Henrico Comite de waltege* cognato nostro tenuit in feodo, erga.. Dnum prepositum et conuentum sororum monasterij, in *Vlinchusen,* pro curti sua in *bule* sita, et pro uiginti nouem marcis denariorum susati legalium, — coram nobis, et coram sede libero cometie nostre, iusto uenditionis tytulo, de consensu et plena uoluntate fratrum — nec non et sororum — ac aliorum amicorum et parentum suorum, *quorum consensus fuit requirendus,* rite et legitime commutauit. Preterea idem lambertus et sui — omni iuri, — in — decima — renunciantes, sepedictam decimam in holthusen, in manus.. Dni prepositi et sui conuentus de

[29]) Das Siegel hängt an roth und weiß ſeidenen Strängen, iſt oval, in weißem Wachſe abgedruckt, oben dunkelroth übertüncht. Die Umſchrift iſt zerbröckelt; Es ſtellt eine ſtehende Figur mit Unterkleid und Mantel, unbedeckten Hauptes vor; welche mit der Linken auf einem ſtehenden Herzſchilde ruht, worauf ein Adler, in der Rechten aber eine Fahne hält, worauf ebenfalls ein Adler zu ſehen.

Digitized by Google

in Oppido *Lon*, vno in *w'melinch*.[33]) vno in *Calle*, duobus in *westwic* et duobus in *Aluelinchusen* villis, quos a dictis domino abbate et suo Conuentu habere dinoscor in pheodo, viginti et vnum solidos festo Martini et totidem festo beati Petri ad Cathedram denariorum legalium in oppido Lon ad decem annos proxime et continue affuturos resignaui et resigno nihilominus assignaui et assigno presentibus expedite ante omnia et prescise percipiendos pro annua pensione mea ex dictis bonis ipsis persolvenda, et perficio ac constituo eosdem dominum et suum Conuentum ad dicta bona dictis decem annis simpliciter possidendum, hoc excepto quod ad nos solos videlicet me Erenfridum et meos heredes locatio dictorum bonorum specialiter pertinebit, elapso autem dicto decennio quisque nostrum tam dominus abbas et suus Conuentus, quam Ego Erenfridus et mei heredes suo iure in dictis bonis amplius sint freturi quo hactenus sunt potiti; quorum in testimonium sigillum mei Erenfridi predicti pro me et meis heredibus est appensum. Datum anno domini Millesimo trecentesimo nono. ipso die festi Gregorii pape. Presentibus honorabili viro Hermanno plebano in Lon, Winric ibidem loco judice constituto, Johanne magistro Oppidanorum et aliis pluribus fidedignis.[34])

## 526.

1309. Juli 7. schlichten Berthold, Edelherr v. Büren und Johann v. Plettenberg, Landmarschall von Westfalen, als beauftragte Bewahrer des Landfriedens, einen Streit zwischen den Brüdern v. Holthausen und dem Kloster Benninghausen, über Güter zu Eickelborn.

Nach dem Orig. im Archive des Klosters Benninghausen.

Vniuersis presentes litteras visuris et audituris, Nos *Bertoldus* nobilis dominus *de Buren, Johannes de Plettenbracht*

[33]) Iserlohn und Wermelinghausen.

[34]) Das an einem von der Urk. abgeschnittenen und durchgezogenen Pergamentstreif hängende Siegel des Ausstellers, in grünem Wachse, ist gut erhalten.

miles Westphalie marscalcus et ceteri Conseruatores sancte pacis tam a reuerendo patre domino Archiepiscopo Coloniensi, quam a viro nobili.. domino de Lippia constituti, Notum fore cupimus et protestamur, quod cum inter Conuentum sanctimonialium Cenobii de *benekinchusen*, ex vna parte et *bertoldum de holthusen*. et suos fratres ex altera, super quibusdam bonis in villa *Eyckeneberne* sitis questio per tempus aliquod pependisset et super ipsa questione sedanda dictis partibus fuissent dies aliquot placiti coram nobis assignati, quibus dicto bertoldo comparente Conradus frater suus non comparebat, quia dictum Cenobium rapinis inuaserat minus iuste, nec per viam juris vel amicicie possemus eas concordare, parte dicti Conuentus firmiter asserente, sibi dicta bona pleno jure pertinere, parte altera contrarium affirmante, Tandem pars Conuentus asserebat se velle et posse probare per viros fide dignos suam intentionem, et ad hanc probationem perficiendam viros ydoneos, scilicet Goswinum de Susato, Godefridum de Hesnen, milites, Henricum balkin, Lambertum de Eykeneberne et Johannem stapel nominabat, qui de mandato nostro, die placiti in oppido Werle eis prefixa, coram nobis comparebant, et a nobis requisiti, quid eis constaret de causa supradicta, iidem milites et famuli, suis exhibitis juramentis concorditer asserebant, se interfuisse, vidisse et audiuisse, quod honestus miles, *Henricus* quondam *Scultetus Susatensis*, dictis fratribus presentibus apud Cenobium benekinchusen, et de eorum iussu et voluntate, dicta bona de quibus lis est, cum sororibus dictorum fratrum eidem Cenobio taliter donasset, quod ipsi fratres et eorum heredes nunquam possent illorum bonorum facere repetitionem, vel jus aliquod in ipsis vendicare, hoc adjecto quod quicunque fratrum dicta bona in feodo recepisset, deberet ea resignare coram domino feodi, proprietate de eisdem bonis eidem Conuentui conquisita, addentes etiam quod dictus Sculthetus adiecisset, se velle efficere pro amore dei, quod eidem Cenobio proprietas de dictis bonis per dominum feodi donaretur Nos igitur audita huiusmodi probatione, cum a parte altera nichil opponeretur, per quod probatio dicti Conuentus elidi posset, de consilio plurium prohorum virorum, in jure ciuili peritorum, qui tunc presentes aderant, prefata bona de quibus lis fuit inter partes, eidem Cenobio per instar sententias adiudicauimus, et in hiis scriptis adiudicamus perpetuo possidenda, Bertoldo et Conrado predictis ac eorum heredibus, super eisdem bonis perpetuum silentium imponentes et in horum testimonium et firmitatem presentes litteras, sigillo sancte pacis fecimus communiri. Actum in placito Werlensi, presentibus etiam Hunoldo de

Digitized by Google

Plettenbracht, friderico de Hurde militibus, Item Roberto fuer, Conrado Swelme, bertoldo de herborne, Henrico de Heringhin, Radolpho dapifero, Theoderico aurifabro Ciuibus Susatensibus et Elrico Elrici, Johanne Gyselberti, ciuibus Lippensibus, Item presentibus *petro de breydenole*, Georgio bolekin, Ludolpho de penteline et dicto Sundach de Werle, et aliis fide dignis, Anno domini M°. CCC°. nono. feria secunda post festum beati Vdelrici.[35])

## 527.

1309. Aug. 15. bekundet Heinemann, Edelherr v. Itter, daß der Knappe Conrad Schlechtrieme, eine von ihm zu Lehn getragene Curie zu Glindfeld, neben dem Kirchhofe des Klosters Neu-Küstelberg, diesem überlassen habe.

Nach dem Orig. im Archive des Klosters Glindfeld.

Nos *heynemannus* Nobilis vir *de Ittere* recognoscimus — quod conradus famulus dictus slegtrime heylewigis vxor sua legitima ceterique legitimi heredes ipsorum *curiam in glintfelde* aput cimiterium sitam quam a nobis iure feudi hactenus possederunt, cum piscina — nobis — resingnarunt, petentes ipsam cenobio — in Nouo quistelberg assignari, Nos igitur — de consensu Jutte vxoris nostre legitime. thylemanni filii nostri — dictam curiam et proprietatem ipsius — Domino Godfrido preposito in Nouo quistelberg totique conuentui sanctimonialium ibidem contulimus hereditario Jure perpetuo possidendam. Presentibus domino conrado preposito in bereche. — Wernhero milite dicto de godenberg. lodewico de munekehusen proconsule in franckenberg. — et aliis — fide dignis. vt autem hec rata permaneant — presentem paginam

[35]) Das in weißem Wachse abgedruckte Friedenssiegel ist wohl erhalten auch besser gravirt als die meisten der damaligen Zeit. Es hat eine parabolische Form und stellt den Erzbischof von Cöln als Herzog in Westfalen dar. Er sitzt in weitem faltigem Gewande u. Mantel, den herzoglichen Hut auf dem Haupte, in der linken Hand die Fahne, in der Rechten das breite Schwert haltend. Die Umschrift ist: S. Henrici Archiepiscopi Coloniensis Ducis Westfalie et Domini Pacis. Gewiß der schönste Titel, den sich der Erzbischof als Herzog in Westfalen beilegen konnte.



Digitized by Google

sigilli nostri munimine duximus roborandam. Sigillum etiam opidi medebekensis apponi impetrauimus ad maiorem euidentiam premissorum. Datum anno domini M°. CCC°. IX°. in die assumptionis marie virginis gloriose.[36])

## 528.

**1309. Decbr. 10. genehmigt Erzbiſchof Heinrich II. die Auswerfung eines feſten Gehalts für den Verweſer der Kirche zu Benninghauſen.**

Nach einem Copial-Buche des Kloſters Benninghauſen.

***Henricus*** d. g. — Archieps — Abbatisse et Conuentui monasterii in *Benekinchusen* — salutem — vt officiator ecclesie in Benekinchusen qui vobis in diuinis preest et qui hactenus distinctos redditus non habuit quatuor malta annone siliginis ordei et auene et vnam marcam cum oblationibus ipsius ecclesie sibi per vos deputata, Hartwico presbitero, officiatore ecclesie vestre ad presens, in hoc concordante, de cetero a vobis habeat et de hiis sit contentus vobis presentibus indulgemus. Datum apud Snellenberg ao Dni M°. CCC°. nono quarta feria post diem beati Nycolai episcopi.

## 529.

**1309. Dez. 12. erlaubt Erzbiſchof Heinrich II. den Nonnen des Kloſters Welver, bei Profeſſionen oder der Aufnahme neuer Schweſtern, in ihrem Chor Meſſe leſen laſſen zu dürfen.**

Nach dem Original im Archive des Kloſters Welver.

***Henricus*** dei gratia sancte Coloniensis Ecclesie archiepis-

[36]) Die Siegel ſind abgefallen. Derſelbe Conrad Schlagrieme (Sleytrime) Helewig ſeine Frau und Herbord ſein Sohn, verkauften dem Probſt Gottfried zu Neuquiſtelberg: duos mansos sitos in villa *Wirnstorp* juxta *wigmannencusen* in parochia *Assencusen* — pro viginti marcis susaciens. denarjorum et vna marca mihi traditis.

copus sacri Imperii per ytaliam archicancellarius abbatisse et conuentui monasterii in *weluere* salutem in domino vt in altari in choro vestro in lapide consecrato dum aliqua ex vobis professionem facit vel de nouo in monialem recipitur missa vobis a preposito Vestro vel alio sacerdote ydoneo celebrari possit, vobis presentibus indulgemus. Datum Vurstemberg anno dni M°. CCC°. nono. sexta feria post Nycolai episcopi.[37])

## 530.

**1309. Dez. 31. empfängt Heinrich von Itter, vom Erzbiſchof Heinrich II. das Hoegericht in Flechtorp, als ein Burglehn des Castri Hembord bei Brilon.**

Nach einer Abſchrift in Kindlingers Urk. Samml. B. 70. S. 269.

Vniuersis — nos *henricus* dictus de *Yttere* pro nobis et *Theoderico* filio nostro notum facimus, quod recognoscimus — nos a — Dno *Henrico* Archiepo Coloniensi et Ecclia sua Coloniensi judicium quod dicitur *hoegericht in flechtorpe*, quod quidem judicium idem Dnus noster — ab *Ambrosio* quondam *Goegravio* ibidem et suis veris heredibus comparauit, pro feudo castrensi in castro dicto *Hemborch* juxta *Brylon*, jure feudorum castrensium, perpetuo — deseruiendum recepisse, sic quod nos et heredes nostri, — in eodem castro vel alio — nobis demonstrando ipsum feudum deseruiemus — In cujus rei testimonium perpetuum sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Et ego Theodericus recognosco premissa vera esse et sub sigillo patris mei predicti me astringo ad obseruantiam omnium premissorum. Datum Colonie anno Dni M°. CCC°. nono. in vigilia circumcisionis ejusdem.

[37]) Das meiſt zerbrochene Siegel des Erzbiſchofs, hängt an einem abgeſchnittenen und durchgezogenen Pergamenſtreif in grünem Wachſe.

Digitized by Google

## 531.

### 1310. Febr. 3. Verordnung des Raths zu Soeſt, für die Hospitaliter zum heiligen Geiſt.

Nach einer Abſchrift L. C. Rademachers.

In nomine domini amen. Nos Reghenbodo Gothe et Wichmannus de Hervordia magistri consulum et universi consules tam veteris quam novi consilii una cum juratis opidi Susatensis ad noticiam perpetuam cupimus devenire, cum licet hospitali sancti spiritus in Susato per nostros predecessores hactenus provisum est laudabiliter et honeste,[38]) nos tamen ea, que in gestibus personarum et in aliis quibuscunque circum stanciis ejusdem hospitalis corrigenda seu mutanda invenimus, dignum duximus corrigere et mutare ad laudem et honorem dei, volentes ut quidquid per nos correctum, mutatum vel de novo pro ipsius hospitalis bono et commodo statutum fuerit, ex nunc deinceps firmiter observetur, primo itaque statuimus, quod femine in dicto hospitali prebendulas habentes ex nunc deinceps vittis non nimis amplis, sed albis et decentibus utantur, vestesque ferant laneas grisei coloris, qui *selvar* dicitur, more begginarum, ita quod precium cujuslibet ulne summam duorum solidorum non excedat, salvo tamen quod vestibus, si quas nunc habent et etiam vestibus tritis, que eis a suis amicis propter deum conferuntur seu donantur, dummodo qui selvar dicitur sint coloris, licite possint uti, donec eas propter vetustatem duxerint dimittendas. item statuimus ut cum aliqua ipsarum egredi voluerit pro aliquo negocio agendo, quod sola non egrediatur, nec accipiat sociam pro sua voluntate, sed contenta sit socia, quam dispensator vel dispensatrix hospitalis ei pro socia duxerit adjungendam. item statuimus, quod numerus personarum ibidem prebendas habencium non augeatur sed sicut ab antiquo habitus est observetur, et quadraginta sex personis prebendas habentibus sint contenti. item statuimus, ut persone utriusque sexus prebendas ibidem obtinentes, mandatis provisorum suorum sine rebellione obediant, et quecunque persona in aliquo premissorum articulorum rebellis inventa fuerit nec statutis premissis parere voluerit a sue prebende recepcione per mensem suspendatur, cum aliter videbitur quod obedientibus obediencia non prodesset si rebellibus sua rebellio non obesset, hec omnia

[38]) Vergleiche Band 1. Nr. 165. 359. 369. 437. 441. 442.

Digitized by Google

sub forma predicta statuimus firmiter observanda apposuimus quoque presentibus litteris oppidi nostri sigillum in testimonium premissorum. Actum et statutum in crastino purificacionis b. marie virginis anno Domini M°. CCC°. decimo presentibus eciam Brunone de Buege, Conrado Sweline, Johanne de Berghe, Brunone Makin, Theoderico de Capellis, Wichmanno de Vlerike, artoro de Oisberg, Henrico de lake, Henrico de Homportin, Lodewico de Suvere, Theoderico Sterenberg, Arnoldo et Johanne dictis Schottan, Hermanno Walm, Godefrido de Berghe, Johanne de molendino et universis consulibus veteris et novi consilii ac juratis oppidi nostri prenotati.

## 532.

**1310. Märtz 15. befreit Erzbischof Heinrich II. die Bürger zu Soest auf sechs Jahre von allen Evocationen weltlicher Richter im Herzogthum Westfalen.**

Nach dem Original im Soester Stadt-Archive.

Vniuersis presentia visuris et audituris. Nos Heinricus dei gratia sancte Coloniensis Ecclesie Archieps sacri imperii per Italiam archicancellarius, Westfalie dux notum facimus, quod fidelia et vtilia seruitia, que consules ac opidani, ac vniuersitas opidanorum nostrorum susatiensium nobis et Ecclesie nostre impenderunt et impendere poterint in futurum attendentes, Cupientesque ipsos ab incommodis et dampnis, que ex euocatione contra opidum nostrum Susatiense ad judicium seculare per nobiles et alios jurisdictionem temporalem habentes in ducatu nostro westfalie possent incurrere et sustinere ipsis hanc duximus ex speciali fauore quo ipsos prosequimur gratiam faciendam, quod ex nunc inantea a nullo judice seculari, ducatus nostri westfalie quacunque auctoritate fungente ex quacunque causa coniunctim vel diuisim ad judicium quod vulgariter *vdladen* seu *geschrien* dicitur, euocentur, et si euocati de facto fuerint, sequi euocationem huiusmodi minime tencantur, et siqua condempnatio per judicem ipsos euocantem fuerit subsecuta, irrita habeatur, ne per talem euocationem propter diuersas guerras que in terra nostra Westfalie sistunt subiciantur periculo corporum atque rerum, hoc adiecto, quod nos et officiati nostri pretextu huiusmodi indulti non impediamur quo ad eos in jurisdictione nostra euocationis predicte, quum ad illam venire juxta jus et anti-

quam nostram et Ecclesie nostre et ducatus westfalie consuetudinem teneantur, Indulto supradicto post lapsum sex annorum ab instanti festo pasche currere incipientium minime valituro. Datum Colonie anno dni millesimo trecentesimo decimo quinta decima die mensis martii.[39])

## 533.

**1310. April 24. reverſiren Probſt und Kapitel zu Soeſt, daß durch die Abhaltung des Synodal-Gerichts zu Belecke, dem Kloſter Grafſchaft kein Präjudiz erwachſen ſolle.**

Nach dem Original im Archive des Kloſters Grafſchaft.

Vniuersis presentes litteras visuris et audituris Nos Henricus de Vyrnenberg dei gratia prepositus, Radolphus Decanus, Theodericus scolasticus, Ludolphus Cantor, Hermannus Thesaurarius, totumque Capitulum Ecclesie beati Patrocli Sosacij Colon. dyoces. Notum facimus, quod cum religiosi viri.. Abbas et Conuentus monasterii in Grascap ac prepositus in bedelecke, ordinis sancti benedicti, eiusdem dyocesis admiserint, quod nos prepositus seu noster officialis, seu alius, nostras seu successoris nostri pro tempore existentis gerens vices, possimus in Ecclesia seu Emunitate ipsorum apud bedelecke infra terminos prepositure nostre Sosaciensis constituta, synodum nostram sanctam, cum laicis habendam obseruare et eidem presidere, protestamur et recognoscimus quod propter hoc nullam subiectionem vel obedienciam aliam, nobis in ipsa Ecclesia et Emunitate bedelecke ad monasterium Grascap spectante attrahere vel acquirere poterimus, intendimus vel debemus quam prius in eisdem Ecclesia et Emunitate, in quibus tamquam ad quas nostra synodus se non extendebat nec extenditur ex consuetudine hactenus a tempore cuius non existit memoria pacifice obseruata, visi sumus habuisse, volentes eos in tali libertate et gratia sua antiqua, premissis non obstantibus, libere et in perpetuum remanere Et quia dicti.. Abbas, Conuentus ac prepositus in bedelecke, Nobis preposito Sosaciensi.. Officiali nostro, seu alteri, vices nostras gerenti, de procuratione synodali ex causis premissis recusant

[39]) Das große Siegel des Erzbiſchofs iſt meiſt zerbröckelt.

prouldere, quemadmodum alij Ecclesiarum plebani facere consueuerunt, ideirco non habebunt etiam partem de excessibus accusatorum emergentem, que eis sicut alijs plebanis prepositure nostre competeret, si nobis de procuratione prouiderent. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam eisdem.. Abbati et Conuentui in Grascap ac preposito in bedelecke, presentes litteras sigillorum nostrorum munimine tradidimus communitas. Actum et Datum Sosati Anno domini M°. CCC°. decimo. feria sexta post Georgij martiris.[40])

## 534.

**1310. Mai 8. vergleicht ſich Graf Ludwig v. Arnsberg mit dem Paſtor zu Stockheim, wegen des Patronatrechts, über die vom Grafen geſtifteten Kapellen, in den beiden neuen Dörfern Walde und Sundern.**

Nach einer vidimirten Abſchrift im Düſſeldorfer Archive.

In nomine domini amen. Nos *Ludewicus* Comes in *Arnsbery* universis xpi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit salutem cum notitia veritatis. Cum jam dudum inter nos ex una parte et Hinricum pastorem ecclie parochialis in Stocheym nomine ecclie sue predicte ex parte altera super juro patronatus seu ordinatione Capellarum per nos in *villis nostris novellis* scilicet *Walde* et *Sundern* de novo fundatarum et dotatarum suscitata fuisset materia questionis pro eo, quod idem pastor ordinationem seu divinorum administrationem in dictis capellis faciendam ad suam *ecclesiam in Stocheym* predictam tanquam *ad matricem ecclesiam* pertinere contenderet, quia essent infra ipsius parochie limites constitute, nobis vero ex opposito asserentibus dictum jus patronatus seu presentationem ad nos ratione fundationis et dotationis dictarum cappellarum spectare de jure, maxime cum dictas capellas cum villis in quibus site sunt, *in locis nostris novalium de novo fundassemus* nec per nostram fundationem aliquod fuerit predicto ecclie prejudicium generatum. Nos igitur tandem usi prudentum virorum consilio cum pastore

[40]) Die Siegel des Probſts und des Kapitels (das kleinere) hängen in gelbem Wachſe an der Urkunde.

Digitized by Google

predicto nomine ecclesie sue in Stocheym predicte, ipso ad hoc consentiente super ordinatione seu provisione dictarum capellarum modo concordavimus infrascripto, videlicet quod capelle predicte deinceps in divinorum administratione per proprios regi debeant sacerdotes, maxime cum ville, in quibus site sunt adeo distent a matrice ecclesia, quod in audiendis divinis officiis, populi dictarum villarum tempore hiemali et discordie, que ut frequenter in nostris inundat partibus, ipsam visitare non valeant temporibus debitis et consuetis. si autem dictarum capellarum aliquam vacare contigerit, nos ad eandem Pastori in Stocheim, qui pro tempore fuerit, personam idoneam presentabimus, quam si habilem ad beneficium ecclesiasticum obtinendum invenerit, ipsam de eadem investire tenebitur, curam animarum sibi committendo. Vt autem debitus honor ecclesie in Stocheym predicte tanquam matrici per recognitionem serius in his scriptis perpetuo observandis statuimus, quod capella in Walde quatuor solidos, Capella vero in Sundern duos solidos denariorum, infra parochiam Stocheym currentium, quolibet anno in festo natali domini, pastori ecclie in Stocheym, in signum recognitionis persolvant, Si vero aliqua decima de ecclesia in Stocheym, que se ad quindecim solidos et sex denarios secundum registrum Coloniense extendit, solvenda fuerit, de hac capellarius in Walde duos solidos, capellanus vero in Sundern decem et octo denarios dicto pastori in subsidium persolvet. De omnibus autem aliis exactionibus, sive nomine procurationis, que ratione visitationis debetur, sive quocumque alio nomine censeantur, ecclesie in Stocheym impositis vel imponendis, dicti capellarii solvent portionem suam, secundum ratam decime ipsos contingentem, prout superius est expressum. Cum vero annus bisextilis evenerit, quo anno dicta ecclesia in Stocheym archidiacono suo marcam denariorum administrare consuevit, de dicta marca Capellarius in Walde duos solidos Capellarius vero in Sundern unum solidum administrabit. Sacrum vero Crisma dicte capelle ab ecclia in Stocheym recipere tenebuntur, pro cujus ablatione capellarius in Walde duodecim denarios, capellarius vero in Sundern pastori in Stocheym denarios sex persolvent. Cum autem sancta synodus celebranda fuerit in locis predictis, pastor ecclesie in Stocheym vel ejus in hac parte vices gerens cum decano dictorum locorum synodo in dictis capellis presidebit, quos villani dictorum locorum suis expensis procurabunt et quicquid de excessibus synodalibus in dictis locis provenerit, salva portione decani, pastor integraliter recipiet supradictus. Vt autem hec ordinatio perpetuo valitura incommutabiliter perseveret, presentem literam super ea con-

Digitized by Google

fectam sigillo nostro nomine capellarum nostrarum dictarum, nec non sigillo Hinrici pastoris in Stocheym nomine ecclesie sue predicte, de cujus voluntate et consilio dicta processit ordinatio, fecimus communiri. Et nos Henricus pastor predictus singula premissa vera esse et nos ad ea ut premissum est consensisse recognoscimus, sigillum nostrum presentibus appendendo. Datum anno domini M°. CCC°. decimo feria sexta ante festum beati Servatii Episcopi et confessoris.

Auscultata et collationata est presens copia per me Joannem Duvenhover notarium publicum et concordat de verbo ad verbum cum suo vero originali; quod attestor manu mea propria.

---

## 535.

**1310. Mai 18. verwandelt Erzbischof Heinrich II. das Frauenstift zu Meschede, in ein Kapitel von 15 Kanonichen unter einem Probst.**

Nach dem Original im Archive des Stifts Meschede.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. *Henricus* dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, Universis Christi fidelibus presentes literas visuris et audituris eternam in domino karitatem. Inter alia quibus cura pastorali assidue angimur id potissimum nobis occurrit, ut sic crediti nobis gregis regimini invigilemus, ne ex negligentia nostra ipse grex, et maxime in locis piis et ecclesiasticis dispergatur; Imo ex iniuncto nobis officio ad id recognoscimus nos teneri, ut non solum plantemus et edificemus, immo collapsa resumamus, causa lapsus eradicata, ipsisque in solidiorem statum commutatis prospiciamus qualiter ea que ad honorem dei et sanctorum suorum fiunt stabilia quantum humana sinit experientia perseverent. Sane ne lapsu temporis infrascripti facti memoria evanescat, Universitati vestre cupimus fore notum, quod cum ecclesia dicta *Meschede*, sita iuxta flumen dictum *Rura* in partibus Westfalie, que olim ex dotatione imperatorum et regum aliorumque nobilium, qui pro animarum suarum salute eidem ecclesie possessiones predia ac bona plurima contulerunt, auctoritate predecessorum nostrorum adeo extitit honorabiliter, sub viginti canonicarum secularium et decem canonicorum numero instituta, et per abbatissam que prefato

Digitized by Google

numero includebatur solita gubernari, quod non nisi persone *ex utroque parente nobiles seu ingenue* in canonicas assumi debebant in ecclesia memorata. Tamen eadem ecclesia quia in loco campestri absque munitione aliqua constituta propter perversitatem nonnullorum circumsedentium et ipsam impugnantium qui nunc in bonis nunc in iuribus ipsam ecclesiam corroserunt, Et, quod lamentabilius est, statum personarum eiusdem ecclesie adeo iam multis annis depravarunt, quod incontinentie vitium pudicicie meritum expellebat, ita quod progdolor de domo dei quasi extitit lupanar factum Sic quod ex hiis et aliis, que propter sexus feminei pudiciciam subticemus, canonice prefate ecclesie in tantam hominum despectionem, ipsaque ecclesia in eam humilitatem et mendicitatem devenerunt, quod nobiles persone, que prebendas vacantes in eadem ecclesia acceptarent, non poterant inveniri. Quodque ob hoc tandem abbatia dicte ecclesie quatuor annis et ultra iam vacante non inveniebatur ipsius ecclesie persona valens que ex causis premissis onus in se susciperet regiminis ecclesie memorate, propter que etiam divinus cultus in eadem ecclesia eisdem annis et ultra penitus cessavit nec est qui consoletur eandem. Et quamquam fama publica et evidentia patrati sceleris, que accusatoris voce non indiget, nos crebro iam de hiis multis temporibus instruxissent; Nos tamen ne in facto tam detestabili de facili videremus habere fidem, monente nos cura pastorali ac periculoso prefate ecclesie statu, decendimus ad locum vicinum dicte ecclesie, quod videremus si ea, que de ipsis canonicatibus dicebantur forent opere ad impleta. Aleyde preposita et Megthilde de Spainheym canonica ad nostram in oppido Susatiensi presentiam evocatis, inquisita de hiis veritate, invenimus ea que premittuntur, quod dolenter referimus, ex confessione earundem, sic acta esse. Postea misso certo inquisitore una cum notario publico ad ecclesiam Meschedensem predictam, hec eadem a canonicatibus, que in eadem ecclesia licet pauce adhuc erant, inquiri fecimus diligenter. Qui quidem inquisitor cum eodem notario ad nos reversus premissa omnia ex ipsarum confessione se retulit invenisse. Et licet mutationem status eiusdem ecclesie propter suc primeve institutionis excellentiam libentissime vitassemus, quia tamen ex preteritis conspicimus eandem ecclesiam non posse recuperare statum suum, et recuperatum conservare sub dominio muliebri, eisdem preposite decane et aliis canonicabus prefatis consentientibus et hoc cum instantia fieri postulantibus, deputata eis earum ante omnia competentia ad vitam earum sicut decuit, circa praefate ecclesie statum de priorum nostrorum consensu aliorumque prudentum virorum

Digitized by Google

consilio sic duximus ordinandum. In primis videlicet quod ex nunc in antea conventus canonicarum dicte ecclesie cesset in perpetuum nec in locum prefatarum canonicarum nunc exstantium aliqua persona alia assumatur. et si per aliquos seu aliquas assumpta fuerit, hoc decernimus non tenere, immo omnino cassum irritum et inane. Verum cum divini cultus resumptionem et continuationem eiusdem perpetuam in eadem ecclesia fieri et esse, iuxta instituentium ipsam ecclesiam pia vota, non modicum affectamus, volentes in ipsa ecclesia Meschedensi collegium canonicorum secularium instituere et perpetuo remanere; Instituimus ordinamus et creamus de novo in eadem ecclesia iura quindecim Canonicatuum per quindecim personas habendas cum totidem prebendis de bonis universis prefate ecclesie per modum qui sequitur ordinandis. Videlicet, quod bona possessiones et predia quecunque que olim tam ad abbatiam quam preposituram canonicas et canonicos ecclesie Meschedensis pertinebant in unum reducantur et de huiusmodi possessionibus ante omnia preposito pro tempore existenti tantumdem deputetur, quod in illis de certis redditibus habeat et recipere secundum consuetudinem patrie possit quinquaginta marcas denariorum annuorum reddituum usualium pro tempore apud Meschede, quos redditus sibi pro prepositura perpetua, et una prebenda que erit quintadecima numero presentibus deputamus et ordinamus et assignamus ut a capitulo sit distinctus per redditus antedictos. Reliqui vero redditus seu bona possessiones et predia universa predicta, dictis quinquaginta marcarum redditibus exceptis aequaliter in quatuordecim prebendas dividantur, et eorumdem bonorum seu prebendarum administratio sit et maneat perpetuo apud decanum et capitulum eiusdem ecclesie pro tempore existentes. Jura etiam dignitatum personatuum et officiorum videlicet Prepositure, Decanatus, Scholastrie, Thesaurarie et Cantorie in eadem ecclesia de novo similiter ex nunc in antea ordinamus, statuimus et creamus; Statuentes ut prepositus qui pro tempore fuerit eadem iura et dominia ac ministerialium fidelium aliorumque quorumcunque hominum infeodationes et bonorum concessiones, que olim tam ad abbatiam quam preposituram pertinebant, habeat et hiis utatur, ipsique preposito usum et horum exercitium concedimus, prout hiis abbatissa hactenus uti et exercere consuevit. Feoda etiam prepositure prioris apud ipsum prepositum volumus remanere. Decanatum etiam christianitatis Meschedensis, quem abbatissa committere consuevit, prepositus pro tempore existens, quam primum ex nunc vacaverit, optineat et regat per se vel per alium canonicum tamen dicti loci

Digitized by Google

prout onus eiusdem requirit, et de redditibus dicti Decanatus sex marcarum reddltus denariorum apud Meschede pro tempore usualium Thesaurario Meschedensis ecclesie singulis annis pro officii thesaurarie emendatione in festo beati Martini det et persolvat. Pro conservatione etiam iurium et honorum ac hominum ipsius ecclesie, quia dignitate et redditnum copia ceteris antefertur, ipse prepositus una cum dictis decano et capitulo placita ecclesie observanda stet fideliter et laboret. Ad prefatos etiam Decanatum et Scolastriam et cantoriam volumus plus et minus iuxta premissorum distinctionem aliquos speciales redditus ordinari prout patiuntur eiusdem ecclesie facultates, ipsisque Decano et Scolastico pro tempore existentibus duplicem presentiam tribui et post prepositum decanum primum, et deinde scolasticum stallum in choro et locum in Capitulo optinere. Et ut huiusmodi nostra ordinatio que ad vitandam dissolutionem conversationis personarum, que prius in ipsa ecclesia fuit ad laudem dei est provide adinventa, per canonicos ex nunc et in perpetuum in ipsa ecclesia assumendos tanto strictius observetur, ipsique canonici tanto fortius ad divinum cultum sint adstricti quanto plus ad hoc ex ordinibus sacris in quibus eos existere volumus sunt ligati, statuimus et ordinamus quod de prefatis quindecim praebendis septem sint sacerdotales, quatuor dyaconales et relique quatuor subdiaconales, quodque nulli prefatorum canonicorum fructus praebende sue, ad quam assumptus fuerit seu de qua sibi provideri contigerit, ministrentur in parte vel in toto, nisi fuerit in ordinem aliquem predictorum, quem onus praebende sue requisierit ante omnia ordinatus et residentiam in eadem ecclesia fecerit personalem. Prelatorum etiam quorum confirmatio ad nos more solito pertinebit, ac Canonicorum electio et curatorum beneficiorum electio seu presentatio, que quondam ad abbatissam pertinuit, sic ut ad ea persone, que vicesimum quintum annum etatis sue attigerint et alias moribus et scientia habiles fuerint presententur, ad ipsum capitulum seu canonicos communiter pertineat. Sed prepositus à iugo decani exemptus maneat et in prelatorum et Canonicorum electionibus ad quas eum vocari nolumus sed dum venerit admittatur. Ipsis etiam canonicis universis precipimus et mandamus ac sub divini nominis attestatione eis qui nunc sunt et pro tempore erunt in suis conscientiis iniungimus, ut, quotiens prelatum, quem ad minus vicesimum quintum annum etatis sue attigisse volumus, aut canonicum eligere debuerint, quod deum et bonum ecclesie sue pre oculis habentes omni carnalitatis affectione qua ad personas susceptas minus ydoneas et inhabiles inclinari possent submota, tales personas eligant et

Digitized by Google

assumant, quo quantum ipsis ab alto permittitur sclentia, castitate, vita et conversatione honesta debito existentis etatis, ita quod in sacris ordinibus existant, vel ante perceptiones fructuum ad eosdem ordines valeant ordinari, deo sint placide, ipsique ecclesie possint utiliter deservire, ut de illius qui bonorum omnium est tributor munere de virtute proficiant in virtutem, sicque in hac vita transitoria vivant ut vitam perpetuam consequantur. Nosque ceterique tam defuncti quam vivi qui pro ipsius ecclesie dotatione sustentatione et emendatione laboravimus, laboraverunt et laborabunt ex fructu bonorum operum suorum veniam de commissis, deo propitio acquiramus. Si vero quempiam in prelatum seu canonicum contra premissam ordinationem nostram in dicta ecclesia Meschedensi pro tempore eligi contigerit, electo tali ius non queratur et electores ea vice eligendi potestate sint privati. Ut ante dicta ad laudem dei adinventa successu temporis metu pene firmius observentur. Ut autem hec tam pia et annuente domino honorabilis valitura perpetuo institutio ordinatio et creatio incommutabiliter perseverent presentes literas ex hiis conscribi fecimus ac nostro ac dilectorum in Christo Decani et capituli Coloniensis, de quorum consensu premissa fecimus, sigillis, collegio ecclesie Meschedensis predicte in honorem omnipotentis dei et gloriose beate virginis Marie genitricis sue ac inclíti meriti Beate Walburgis virginis, in cuius honore ipsa ecclesia specialiter est fundata omniumque sanctorum, ex nostra munificentia dedimus communitas. Et nos Decanus et Capitulum ecclesie Coloniensis praedicti profitemur ante dicta omnia et singula sic acta esse Sigillum ecclesie in eorumdem testimonium ad honorem dei et sanctorum suorum pro divini cultus augmentatione hiis litteris apponendo. Actum et datum Anno incarnationis dominice Millesimo Trecentesimo decimo, Quintadecima kalendas Junii, Indictione octava, Regnante serenissimo domino Henrico Romanorum rege semper augusto.[41])

---

[41]) Die Urkunde iſt wohl erhalten und ſchön geſchrieben. Die an roth und grünſeidenen Schnüren herabhängenden Siegel des Erzbiſchofes und Kapitels, ſind zerſprungen doch noch größtentheils vorhanden.

Digitized by Google

## 536.

**1310. Mai 18. bestätigt Erzbischof Heinrich II. dem Stift Meschede seine Privilegien und giebt ihm die Statuten des St. Andreas-Kapitels zu Cöln.**

Nach dem Original im Archive des Stifts Meschede.

In nomine domini amen. *Henricus* — Archieps. — Immitando auctoritatem, qua dicitur translato sacerdotio necesse est transferri et legem *ecclesiam Mesgedensem* olim per abbatissam gubernari et per canonicas deseruiri consuetam, de statu suo primeuo ex certis et rationabilibus causis in statum alium videlicet prepositi et canonicorum secularium ibidem per nos institutorum transiata et immutata, decreuimus ratione dictante veteribus consuetudinibus in ipsa ecclesia per canonicas olim obseruatis, cum tales non conueniant sexui masculino, commutatis et suppressis, priuilegia et libertates, quibus insignium honorificencia ipsa ecclesia in sui fuit exordio insignita, simul cum ecclesia transferre ad canonicos in ipsa nunc per nos vt predicitur institutos, ipsis concedimus — in perpetuum omnia jura, bona — et privilegia que ipsa ecclesia — olim habuit et possidet in presenti — vt hiis gaudeant pacifice — nec non emunitatem ecclesiasticam, quam prius in ipsa ecclesia in se et habitationibus personarum inibi beneficiatarum et habitantium habuit pro nunc et in futurum easdem mansiones inhabitantium teneant et obseruent, — et quia propter mutationem status — et ob restaurationem bonorum eiusdem indiget contributione et elemosinis Christi fidelium, vniuersis ortodoxe fidei cultoribus in suorum iniungimus penitentiam peccatorum et precipue de nouo ingredientibus ad eandem, vt quilibet de bonis sibi a deo collatis pro dotatione vberiori eiusdem contribuat — Ceterum volumus vt eadem ecclesia Meschedensis consuetudines licitas et honestas, que in *ecclesia sti Andree Colon.* obseruantur teneat et obseruet — ne sub incerto ipsa — vagetur quo ad ista. In cuius rei testimonium presentes litteras ipsi ecclesie Meschedensi tradidimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum ao incarnat. dominice M°. CCC°. decimo; quinto decimo Kal. Junii.[42])

---

[42]) Das Siegel des Erzbischofs ist noch ziemlich gut erhalten. Ein ganz vollständiger Abdruck der Urk. findet sich in Pieler's Nachrichten über das Stift Meschede. (Wigand's Archiv B. 7. S. 35.)

Digitized by Google

## 537.

1310. Mai 20. verordnet Erzbiſchof Heinrich die Penſionirung der Kloſterfrauen zu Meſchede.

Nach dem Original im Archive des Stifts Meſchede.

*Henricus* d. g. s. Col. ecclesie archieps, sacri imperii per Ytaliam archicanc. *Johanni* preposito totique collegio canonicorum ecclesie *Meschedensis* salutem in domino. Mandamus vobis districte precipiendo quatenus singulis canonicabus ecclesie Meschedensis que tempore ordinationis nostre de ipsa ecclesia Meschedense facte, in eadem canonice extiterunt, quatuor marcarum redditus apud Meschede pro tempore vsualium in presentia, in absentia vero tres marcas duobus terminis in anno videlicet in festo beati Michaelis et in festo beate Walburgis pro sustentatione earundem finaliter assignetis, cum hec dicatur tempore dicte ordinationis fuisse in eadem ecclesia estimatio — prebendarum; nolumus enim ipsis ex ordinatione nostra quitquam de dictis redditibus deperire, verumptamen eodem modo quo si manssissent in dicta ecclesia canonice residentes cecidissent à iure prebendarum suarum eas eciam extunc cadere volumus ab eisdem ne stipendia dicte ecclesie percipiant, si ad statum sue regule contrarium se committant in premissis eas volumus conseruari omni fraude et dolo in hoc excluso. — In horum testimonium (atque) presentes litteras nostro sigillo fecimus comuniri. — Datum colonie XIII°. kal. Junii. Ao. M°. CCC°. decimo.[43])

## 538.

1310. Octob. 9. verkauft Wilhelm, Edelherr von Ardey, dem Erzbiſchofe Heinrich II. ſeine Beſitzungen und Rechte zu Hüſten, Heithuſen, Neheim, Wildshauſen, Herdringen u. ſ. w.

Nach dem Orig. im Archive des Kloſters Oelinghauſen.

Uniuersis presentia visuris et audituris, nos *Wilhelmus* Dnus de *Ardey*, et *Jutta* eius vxor coniuges, nec non *Hen-*

[43]) Das Siegel des Erzbiſchofs iſt abgefallen.

*ricus* primogenitus, *Wilhelmus* filij, et *Rexa* filia eorundem coniugum notum facimus quod nostra in hoc vtilitate consederata et pensata, deliberatione matura prehabita cum reuerendo in Christo patre ac domino nostro Dno. H. (enrico) Coloniensis sancte ecclesie archiepo suo, et ecclesie sue Coloniensis nomine, in hoc concordauimus, quod sibi et ecclesie sue Coloniensi infrascripta, jura, jurisdictiones, advocatias, dominia, et bona ipso archiepo, ea pro se et ecclesia sua Coloniensi, erga nos ementibus, stipulatione legitima intercueniente, vendidimus, vendimus, supraportauimus et supraportamus coniuncta manu videlicet *villam totalem* in *husten*, et *decimam predialem* et *minutam* ibidem. seu ad ipsam villam pertinentem intus et extra. Item curtam nostram ibidem et locum molendini quem in husten habemus. Item mansum ibidem dictum *mulenhoue*, Item decem et octo areas nobis attinentes in dicta villa preter curiam nostram, de quibus areis *census* soluuntur, prout plus et minus inponuntur eisdem Item *redditus pullorum decimalium* qui in dicta villa circa centum numero nobis solui consueuerunt, Item iurisdictionem nostram, que wlgariter dicitur *burgeriyte*, que extenditur per totam villam et parochiam husten, Item *advocatiam* nostram in husten in *heithusen* et super Ecclesiam seu homines Ecclesie in *nehem*, Item *piscaturam* seu jus piscandi in flumine dicto *Rura* habentem longitudinem vnius dimidii miliaris, que quidem piscatura seu jus piscandi, incipit in loco qui dicitur *duuelsbeke*, et protenditur inferius, vsque in locum qui dicitur *rutenschen*, Item jurisdictionem nostram dictam *holtgeriyte* in *wildeshusen*. et *jura glandium* nostrorum ibidem, ac octo currus, qui wlgo dicuntur *Warwegene* seu ius recipiendi et ducendi ligna cum curribus antedictis, Item iurisdictionem nostram similiter dictam *holtgeriyte* in *Emberen*, et octo currus dictos Warwegene ibidem ac jura glandium ibidem. Item in *hustene* jurisdictionem nostram dictam *holtgeriyte*, et octo currus dictos *warwegene* ibidem, ac jura *glandium*, Item in *herderingen* jurisdictionem nostram dictam *holtgeriyte*, Que quidem bona omnia preter curiam in hustene cum suis attinentijs et preter tres aduocatias, dictarum trium villarum, *husten*, *heithusen*, et *nehem* omnia dependent ab ipso dno nostro Colon. Archiepo, et que ego. W. ab ipso tenui hactenus in feodo, preter antedicta bona, alii ratione predictorum bonorum suprapositorum tenebant iure ministeriali, bona infrascripta a me. W. videlicet curiam in *Wagenbery*, Item duos mansos in *brochusen*. Item vnum mansum in *emberen*. Item vnum mansum in *boydinchusen*. Item curiam in *wiglon* cum tota villa. Item duos mansos in *rederen*. Item ilij mansos in

*musche,* Item duos mansos in *herderingen,* Item in husten Vij mansos, Item decimam in *brochusen,* Que quidem bona nos coniuges et liberi coniugum eorundem predicti simili modo vendimus simpliciter et supportamus, prefato domino nostro Archiepo, suis successoribus, et Ecclesie Coloniensi, per ipsos perpetuo possidenda, tenenda et habenda cum suis juribus sub et supra dextrorsum sinistrorsum cum ministerialibus, vasallis hominibus seruis, seruitutibus, pratis pascuis palludibus aquarum decursibus, saltibus viis inviis stagnis, et simpliciter cum omnibus iuribus, et dominiis vtilibus et directis, prout nobis hactenus attinebant, et que nobis de jure et de facto in omnibus et singulis dominiis et iurisdictionibus et bonis predictis competere debebant et poterant communiter vel diuisim quocunque modo predictis omnibus iuribus iurisdictionibus dominiis prediis advocatiis decimis et bonis aliis quibuscunque prout prenominata sunt recepimus ab eodem domino nostro coloniensi archiepo pro se Ecclesia sua coloniensi nobis eas assignante et tradente, quingentas marcas denariorum susatensium bonorum et legalium nomine precij omnium predictorum, de quibus quingentis marcis ipsos dnum Archiepum et ecclesiam coloniensem quitos clamamus et nobis tenore presentium, pro nobis et nostris heredibus quibuscunque in futurum de dicta pecunia recognoscimus plenarie satisfactum. Requirimus igitur omnes et singulos ratione dictorum bonorum nostros fideles et subditos, vt à prefato domino nostro et ecclesie sue (sic) Coloniensi eadem bona et feoda que hactenus à nobis tenuerunt in feodo, seu alio modo prout jus bonorum requirit recipiant, et de ipsis fidelitatem debitam prestent, quosque ad hoc a fidelitate nobis prestita quitos dicimus per hec scripta, Ceterique eorundem bonorum cultores jurium reddituum et pensionum et decimarum ac aliarum obuentionum quarumcunque debitores et persoluere debentes, eidem dno nostro et Ecclesie sue obediant et satisfatiant sicut nobis hactenus tenebantur integre et complete temporibus debitis et consuetis. Renuntiamus itaque exceptionibus pecunie non tradite non solute, et aliis quibuscumque defensionibus juris et facti, que nobis in premissis suffragari et eundem dnum Archiepum possent quomodolibet impedire, Vt autem hec nostra venditio rata et firma perpetuo maneat et perduret, presentes literas ex hiis conscriptas, sigillo mei Wilhelmi dni de Ardey predicti, quo ego Jutta vxor eiusdem quia proprium sigillum non habeo nec habere consueui et H. et W. ac rexa eorum liberi predicti ex certa nostra scientia, quo ad presentem contractum pro nobis vtimur prefato domino nostro successoribus suis et Ecclesie coloniensi vna cum sigillis nobilium virorum *bertoldi*



Digitized by Google

dni de *buren*. *Henrici* domini de *Ittere*, ac strenui viri *Ludolfi burgrauii* in *Stromberg* fratris mei Jutte predicte, quorum sigilla in maius robur premissorum hiis litteris apponi rogauimus dedimus communitas. Et nos bertoldus dnus de buren, Henricus dnus de Ittere ac Ludolfus burgrauius in Stromberg predicti recognoscimus nos ad petitionem vxoris sue ac liberorum suorum predictorum quia nos bertoldus et Godefridus (sic) predicti vna cum testibus infra scriptis premissis interfuimus ad hoc vocati spetialiter et rogati sigilla nostra in ampliorem antedictorum euidentiam presentibus appendisse. Acta sunt hec in choro fratrum predicatorum in *Susato* hora quasi none. Presentibus nobili viro bertoldo dno de buren, Johanne de plectenbregt. — heydenrico et hermanno fratribus Lupis et wilhelmo de nehem militibus. Nobili viro *godefrido* de *rudenberg*. hermanno plebano de Vlde, Wigmanno de heruode. bertoldo de herboren ciuibus susatiensibus. Erenfrido dicto quatterlant. heydenrico smacindenkerl. heydenrico de weyne, Theod. de holdinhoue de werle. Godescalco hasenkote et heydenrico de dusincsuren et aliis quam pluribus fide dignis, Datum anno dni M°. CCC°. decimo, in die beati Dyonisij epi.[44])

## 539.

**1310. Dez. 6. verkaufen die v. Scharfenberg, dem Probste Gottfried zu Neu-Küstelberg, ihren Haupthof zu Wydene mit den dazu gehörigen Bauernhöfen.**

Nach dem Originale im Archive des Klosters Glindfeld.

In nomine domini. Noverint vniuersi presentium inspectores. Quod Ego *Hermannus* Miles de *Scarpenberg*. *Johannes* frater meus et filii.. patrui mei. videlicet. *Hermannus*, *Johannes*. et *Wernherus*, maturo consilio prehabito necnon bona voluntate. heredum nostrorum. vendidimus, honorabili domino *Godfrido* preposito in *Nouo quistelberg*. totique

[44]) An der schön geschriebenen Urk. hängen an grün seidenen Strängen, in grünem Wachse die 4 Siegel Bertholds v. Büren, Heinrichs v. Itter, des Burggrafen von Stromberg und Wilhelms von Arder. Das des Burggrafen ist mit einem Rücksiegel versehen, worauf ein schreitender Hund (Rüdenberg) mit der Umschrift Secretum.

Digitized by Google

conuentui sanctimonialium ibidem. curiam et mansos nostros in villa *wyddene* sitos. Pro pecunia nobis tradita et soluta, cum vniuersis Eorundem attinentiis et prouentibus. Eodem jure quo ad nos spectabat, tytulo proprietatis hereditario iure perpetuo possidendos, In cuius rei testimonium,. presentem paginam, Ego predictus hermannus miles, sigilli mei munimino Roboraui. Sigilla etiam, domini *Johannis de Plettenbragt marscalci westphalie*, ac *wernheri* canonici Ecclesie paderbornensis patrui nostri, huic scripto apponi impetrauimus ad maiorem euidentiam premissorum. Datum anno domini M°. CCC°. X°. die beati Nycolai episcopi. Presentibus. henrico sacerdote, Johanne Wygandi. *everhardo rectore scolarium in medebike*, gerhardo celerario, *Godfrido de briton*, ac aliis quam pluribus fide dignis.[45])

## 540.

### 1310. Statutarrechte der Stadt Rüden.

Nach dem Original-Codex im Rüdener Stadt-Archive.[46])

In nomine domini amen. In duſſen boke ſynt gheſcriuen de guden recht de der ſtat van Ruden ſynt ghegheuen dur

[45]) An der Urkunde haben 3 Siegel gehangen, welche ſämmtlich abgefallen ſind.

[46]) Die älteſte Rechtsbewidmung für die Stadt Rüden iſt nach der Verſicherung, im Eingange des hier folgenden Rechtsbuches, von Erzbiſchof Philipp I. aus dem Jahre 1178; alſo aus einer Zeit, wo er noch nicht Herzog in Weſtfalen und wo Rüden noch keine Stadt war. Letztere wurde nämlich erſt 1200 von Erzbiſchof Adolf angelegt und damals mit Soeſter Rechte verſehen (B. I. Urk. 113). Demungeachtet mag Erzbiſchof Philipp, Rüden, oder dem dabei gelegenen Altenrüden, beſondere Privilegien gegeben haben; denn er hielt ſich häufig in dortiger Gegend auf (Urk. 95 und 96) und Rüden gehörte zu den Gütern, welche die Familie v. Rüdenberg von der Cölniſchen Kirche zu Lehn trug (Urk. 116) bevor Philipp das Herzogthum in Weſtfalen erlangte (1180). Jene älteſte Rechtsverleihung iſt indeß verloren gegangen. Die Erinnerung daran, im Eingange des Rechtsbuches, iſt nicht zuverläßig; ſie nennt unter den Räthen und Zeugen des Erzbiſchofs, den Domdechant Wedekind, den Domprobſt Bruno und den Probſt zu Soeſt Johann von Kefflike; da doch nach anderen zuverläſſigen Urkunden, in den Jahren 1176—1178 der Domdechant Hugo und der Probſt zu Soeſt Bernhard hieß (Urk. 69. 75. 76.) Dagegen hieß der Domprobſt allerdings Bruno; die Namen mehrer der übrigen Zeugen ſind richtig und der Name des Probſts v. Soeſt mag mit dem damals

ghenade willen dat se syc de bet*) gheueſtene Dat heuet ghedan de ghude byſcop Philippus de do biſcop was tho Colne Dat dede he myt willen vnd myt rade des domdekens Wede-

*herdinchusen* apud *Hallenberg* b. f. — 221) It. *Rychardus Matenbike* II hob. in *Wurdinchusen* in paroch. *Hundeme* b. f. — 222) It. *Adolph.* de *Langenole* III dom. in *Wulverinchusen* b. f. — 223) It. *Winemarus* de *Swittene* jurat. minist. bona ibid. minist. — 224) It. *Herm.* de *Lantensile* hob. ib. b. f. — 225) It. *Alb.* et *Herm.* fratr. de *Bikehem* hob. ibid. et hob. in *Linteschede* apud Lenam et in *Egerinichusen* b. f. — 226) It. *Th.* et *Henr. fratres* de *Aflen* aduocatiam in curia de *Vrilinchtorp.* in *Palsole* III hob. et homines attinent. et hob. in *Rudinchusen* et hob. in *Lenehusen* et hob. in *Afflen* — 227) It. *Thom.* de *Swittene Herm.* et *Anselm.* filii sui hob. et casam ibid. b. m. — 228) It. *Egbertus* de *Volchardinchusen* hob. ibid. b. f. — 229) It. *Alb.* de *Elinchem* et filii sui *Henr.* et *Herbord.* bona ibid. b. m. — 230) It. *Henr.* et *Buleman* fratr. de *Berge* III hob. ibid. b. m. — 231) It. *Herm.* in *Mulenhusen* hob. in *Hemerde* et IX jugera ibid. b. m. — 232) It. *Henr.* de *Seueke* hobam in *Korbike* b. m. — 233) It. *Herm.* de *Ense* rubum apud *Duuenek* — 234) It. *Gerh.* de *Hiluelde* cur. in *Dassem* b. m. — 235) It. *Hake* de *Andopen* II hob. in *Hemerde* et quosdam agros ibid. b. m. — 236) It. *Bern. Wulf* in *Sunderen* dictum *Jagelen* b. f. — 237) It. *Joes* dict. *Slepe* hob. in *Bachen* et hob. in *Vorwincle* et in *Berthem* III hob. et II casas et hob. in *Beldinchusen* b. f. — 238) It. *Thom.* de *Swyttene* dimid. hob. ibid. et casam ibid. b. m. — 239) It. *Thom.* de *Hustene Cloweschen* hobam ibid. b. f. — 240) It. *Herm.* de *Rederen* IIII hob. ibid. b. m. et hob. in *Wenninclon* — 241) It. *Thom.* dict. *Tyne* hob. in *Gunde* et teintlose ibid. et hob. in *Nehem* — 242) It. *Alb.* de *Erwethe, Boymundus* filius ejus in *Osdinchusen* V hobas cum attin. et II hob. in *Scalleren* b. m. — 243) It. H. de *Lare* Dno Comiti dedit proprietatem aree juxta tiliam in *Ostern Esberne* et recepit ab eo in feodo — 244) It. *Olricus* de *Sassendorpe* I hob. in *Dreuere* quam colit dictus *Holsstesche* — 245) It. dict. *Holman* et filius suus resignauerunt II jurnales sitos juxta pratum aduocati prope *Sosat.* quib. Comes infeodault *Arn.* dict. *Wenken* et fil. suum *Arnoldum* — 246) *Alb.* de *Matenbike* II mans. sitos in *Wordinchusen* juxta *Hundem* b. f. — 247) It. *Th.* de *Vrilinchtorpe* I hob. et II casas in *Vrilinchtorpe* b. f. — 248) It. *Tydemannus* de *Madwics.* VII rodelandes juxta curiam advoc. b. f. — 249) It. *Godefr.* dict. *Bosevint* VII domos in *Apeldorbike* et agros quos *Ruthgerus Bosevint* habuit b. f. — 250) It. *Wilh. Partenus* dimid. curtem in *Erwite* dict. *Turwestene* et ibid. I curt.



Digitized by Google

de *Ostene*, it. curtem dict. *Meinlandeshof* in *Ardey* et alia bona ibid. in vicino b. m. — 251) It. *Heydenricus* dict. *Rauen* IIII jurnal. sites in *Apeldorbike* et ligna dimid. mansi ibid. b. f. — 252) It. *Herm.* de *Wittene* Teinlose in *Assle* b. f. — 253) It. *Joes* Hitertat C jurnales in campis juxta *Ruden* b. f. — 254) It. *Conr.* de *Rumenole* I hob. in *Hederbike* dictam *Storkesnest* b. f. — 255) It. *Joes* dict..... II mans. sitos in *Westhemmerde* quos *Joes* de *Ulfersen* à nobis tenebat in feodo — 256) It. *Jacobus* de *Hottepe* I hob. in *Brilon* et II in *Desbike* b. f. — 257) It. *Conr.* de *Derenborgh* I hob. in *Horst* dictam *Sibbenhus* et I hob. in *Herten* b. f. — 258) It. *Gerwinus* de *Hatteneche* aduocatiam in *Ellepen* in parochia *Aghen* b. f. — 259) It. *Rudolphus* fil. *Helmici Dobbere* curtem in *Varbracht* et I hob. in *Ludinchem* et I hob. in *Hanekebike* b. f. — 260) It. *Thom.* fil. *Bodonis* resignauit I hob. in *Copenerinch* to *heuene* quam contulit *Ludouico* de nunc *Kebike* b. m. — 261) It. *Deydradis* filia *Erponis* de *Holthem* I hob. ibid. et in *Werle* XIIII jurnales qui erant *Brunonis*.

## 557.

**1313. Juli 28. verkauft Joh. Stapel einen Bauernhof zu Rupelo an Goswin Schlingworm und Gerlach Stele.**

Nach einem Copiarium des Klosters Benninghausen.

Vniuersis presentem literam visuris ac audituris Nos *Albertus* de *Amelungessen* canonicus ecclesie Paderbornensis notum facimus et publice protestamur quod ad nostram peruenienus presentiam *Joh.* dictus *Stapel* famulus recognouit se habito consensu vxoris sue et Bertoldi filii omniumque aliorum heredum suorum quendam mansum suum situm in *Rulvesto* cum omni jure et pertinentiis quibuscunque quemadmodum ipsum mansum a nobis tenet sub *annua pensione* que vulgariter *pacht* dicitur *Goswino* dicto *Slingworm* famulo et *Gerlaco* dicto *stele* ciui Lippensi eorumque vxoribus ac heredibus pro quatuordecim marcis denariorum traditis et solutis rationabiliter vendidisse Quem quidem mansum cum suis pertinentiis predictis Johannes dictus et sui heredes ad manus et ad vsum dictorum Goswini et Gerlaci ac eorum heredum libere coram nobis resignarunt perpetualiter possidendum Salua tamen

Digitized by Google

nobis predicta pensione nostra de eodem manso debita et consueta. In cuius rei testimonium sigillum nostrum vna cum sigillo dicti Johannis apposuimus huic scripto. Et ego Johannes sepedictus in testimonium premissorum meum sigillum duxi presentibus apponendum Datum sabbato post festum Jacobi Apli ao Dni M°. CCC°. Xiii°.[220])

## 558.

**1313. Juli 31. entläßt Graf Wilhelm von Arnsberg, seinen Ministerial Herbord Stoter aus der Ministerialität.**

Nach dem Orig. im Archive des Stifts Gesecke.

Nos *Wilhelmus Comes* de *Arnsberg* circa vniuersos et singulos scripti huius inspectores, recognoscimus ac publice protestamur, quod nos *Herbordum* dictum *stotere,* qui nobis ministeriali jure attinebat manumisimus *ab hoc jure liberum* ac *solutum,* jn cuius rei testimonium presens scriptum dedimus Herbordo prefato sigilli nostri robore communitum, presentes erant huic ordinationi dominus *johannes* de *Arnsberg* prepositus in meschede, dominus *johannes* de *arnsberg* canonicus Ecclesie paderbornensis, johannes de Molendino famulus, henricus de hemerde et alii quam plures viri jdonei ac fide digni, Datum anno domini M°. CCC°. XIII°. pridie kalendas augusti.[221])

---

[220]) Im Jahre 1324 verkaufte Goswin Schlingworm (Kettler) einen mansus agrorum zu Rudeslo, welchen er von der Kirche zu Paderborn pro annuo censu hatte und welcher ad obedientiam in Osthem, quam — Scolasticus ecclesie habet, gehörte, mit Bewilligung des Scholasters, dem Kloster Benninghausen, welches davon jährlich 5 solidos denariorum paderbornensium zahlen sollte, so zwar, daß im Nichtzahlungfalle der Scholaster befugt seyn sollte, pignus accipere, pro sua pensione soluenda.

[221]) Das Siegel ist abgefallen.

## 559.

**1313. Octbr. 24. ſtiftet Gottfried v. Vernekenbroke aus ſeinem ſteinen Hauſe in der Derkeren Straße zu Brilon und mehreren Aeckern im Felde, ein Armenhospital.**

Nach einer Abſchrift in der Urk. Samml. Seibertz-Wildenberg.

In nomine domini amen. Tenore presentis publici instrumenti, cunctis pateat euidenter, quod sub anno à natiuitate ejusdem millesimo trecentesimo tertio decimo, indictione decima, die uero Saturni, uigesima quarta mensis octobris, hora nona uel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac Domini, *Clementis* diuina prouidentia Pape quinti, anno ejus septimo, in mei notarii publici, testiumque infra scriptorum ad hoc uocatorum et rogatorum presentia, propter infra scripta personaliter constitutus, prouidus et discretus uir, *Godefridus* de *Vernekenbroke* senior, dioecesis Coloniensis, oppidi de *Brilon*, non ui inductus, aut metu coactus uel aliqua sinistra, ut asseruit, machinatione circumuentus, sed bona deliberatione et maturo consilio prehabito, in sui et suorum progenitorum et amicorum animarum salutem, propter deum dedit et donauit donatione perfecta, inter uiuos appellata, aliisque omnibus melioribus modo, uia, jure, causa et forma, quibus potuit et debuit, irreuocabiliter cessit et supportauit, ore manu et per effestuationem, simpliciter, pure et perpetuo, ac pro dote et in dotem, in honorem dei omnipotentis et Christi fidelium pauperum peregrinorum hospitalitatem, temporalisque indigentie releuamen, sue et suorum progenitorum et amicorum animarum refectionem assignauit, sua mobilia et immobilia bona, agros, terras arabiles siue pecias inruralium, in locis infra scriptis situata. Videlicet domum suam lapideam in oppido de Brilon, in platea: De Derkere ſtrote communiter uulgarisata, twiſchen Semmede Henricks Schüren vnd Hude Krills Hanſen Huſe. Deinde vnam peciam vp dem Boßlar, aliam peciam bower dem Hotzerwege; Item tertiam peciam indecimales by dem Kampe; Item mediam peciam by dem Willgerimbs Loe; Item quindecim Scepelinorum peciam vp deme Kalberſterte, penes agros Gersemans vnd Haardrats Lendereyen; Item duo inruralia by der Schlammkuhlen, à decimatione immunes; It. septem scepelinorum in dem Streitfelde; It. sex scepelinorum agrorum siue terrarum arabilium sub capella de Alden Briſon, ac locis supra specificatis, peciatim ac nominatim consistentes

et consistentia et in toto ad summam decem inruralium, minus vno scepelino, in idiomate Brilon eyn halff Scheppelsede nuncupato, mensure ejusdem se, ut asseruit, extendentes et extendentia, cum omnibus juribus pertinentiarum, obuentionibus et emolumentis, illos conjunctim et diuisim sumptos, supra, intus et extra, circum, circa attinentibus. Acta sunt hec in parochiali Ecclesia Brilon, penes altare beate et intacte uirginis gloriosissime Marie ante introitum chori ejusdem parochialis Ecclesie situatum, sub anno Dni, indictione mense, die hora uel quasi, pontificatu prefatis. Presentibus ibidem honorabilibus et discretis uiris dominis Tilmanno Zeppenfeldt et Henningio Watermann, curionibus uicinis, Christiano Füllings plebano de Brilon; procuratore et prouisore prelibato, presbyteris, Uicariis et Altaristis Ecclesie parochialis et Capelle in Alden Brilon, ad premissa uocatis et rogatis.

Et ego Joes Eusebius Euensby de Brilon, Clericus Coloniensis dioecesis, sacra Imperiali authoritate Notarius publicus, quia assertioni, donationi, cessioni, renunciationi, constitutioni, accquitationi aliisque omnibus et singulis premissis, dum sic ut premittitur fierent et agerentur, vna cum prenominatis testibus presens interfui, eaque sic fieri vidi et audiui, ideo hoc presens publicum instrumentum manu mea propria scriptum confeci, subscripsi, publicaui et in hanc publicam formam redegi ac signo et nomine meis solitis et consuetis signaui, rogatus et requisitus; in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.[222])

## 560.

**1314. Jan. 9. errichten Bürgermeister und Rath zu Medebach, ein Statut über Heergewette und Gerade.**

Nach dem Orig. im Medebacher Stadt-Archive.

Cum omnium habere notitiam potius sit Diuinitatis, quam

[222]) Die Abschrift dieser Urkunde ist von dem verstorbenen Pastor und geistlichen Commissar Mittermeyer in Brilon; das Original derselben haben wir unter den dortigen Kirchen-Urkunden, welche freilich sehr unvollständig sind, nicht entdeckt. Clemens V. regierte allerdings 1313 (er starb 20. Apr. 1314) allein die Fassung der Urkunde hat manches Befremdliche und die Bezeichnung der Aecker ist, wenn nicht verfälscht, doch wenigstens für die damalige Zeit zum Theile unrichtig copirt. Man vergl. die weiter unten folgende Urkunde vom 19. October 1454.

Digitized by Google

humanitatis, conueniens est et utile, vt ea que aguntur in tempore, ne simul labantur cum tempore in scripta publica, quibus demonstrari valeant, redigantur. — Hinc est, quod nos Theodericus dictus Heuerare presentis anni proconsul, Thitmarus de Hildeshusen in eodem officio vel dignitate noster antecessor vel anni Elapsi, quod idem sonat, proconsul, nec non Consules socij nostri in Consilio hujus anni et antecedentis existentes et quamplures Viri nostre Communitatis, scilicet oppidi *Medebeke* fide digni quorum infra scripta sunt nomina, uniuersis notum esse cupimus, audituris presentia seu visuris; quod inuicem constituti ob negotia et profectus, seu bonum nostre ciuitatis seu communitatis, consideratione facta per nos hinc et inde, tandem vnanimi consensu, bona deliberatione decreuimus et elegimus, statuentes ob nostre ciuitatis profectum ac ejusdem incrementum pro isto jure, quod apud vulgares *Hirwede* dicitur, tantum vestes sarcitas, factas seu aptatas ad corpus viri mortui, quibus solebat uti strata publica seu vestiri, ministrari consanguineo in cognatione magis proximo et hoc nobiscum ciuitate vel oppido commorante. — Quod ex parte juris pertinentis ad femellas seu muliebrem sexum, quod vulgariter *Gerade* dicitur, similiter est tenendum, scilicet quod tantum vestes sarcite, facte seu aptate ad corpus femelle mortue vel decedentis, quibus strata publica solebat uti seu vestiri, consanguinee ipsius in cognatione magis proxime vel familiari pro isto jure dicto gerade ministrande sunt, seu tradende et hoc tantum nobiscum oppido commorante. Preterea volumus, sicut etiam juris esse dignoscitur, quod si quis vel qua virgo desesserit vel obierit, ita quod matrimonium non contraxerit, bona que post obitum ipsius dimiserit, seu mobilia vel immobilia fuerint, omnia sint hereditaria bona prout sunt et quod disponetur de his juro bonorum ad hereditatem pertinentium, quia ad ipsam pertinent, nec cuiquam pro hujusmodi juribus scilicet Hirwede et Gerade antedictis, ex his volumus aliquid, quod donetur. — Compromisimus et compromittimus hujusmodi electionem ob vtilitatem et bonum sive commodum nostre ciuitatis, vel communitatis factam, seruari stabilem ac esse seu permanere à quolibet nostrorum ciuium penitus inconuulsam. — Si vero actionem moui contigerit coram Consulibus nostre Ciuitatis, ut sepius assolet, ab affinibus vel consanguineis in cognatione proximis, qui vel que in juribus prescriptis, scilicet Hirwede et Gerade, quid juris dignoscuntur habere, pro quacunque parte aduersa per Consules antedictos sententia lata fuerit, rata tenebitur ac tota actio extincta. — Si vero quis, quod absit, ausu temerario sententiam per Consules

Digitized by Google

sepedictos latam frustrare presumpserit, vel actionem renouare, vel reuocare, quinque marcarum penam incursurum se nouerit, vel quinque marcas denariorum oppido nostro prescripto legalium impendendas in vsus et structuram ejusdem oppidi, vadiabit; si autem reclamans sententiam et cupiens ipsam frustrare seu actionem renouare, excessus suos quantitate predicte pecunie emendare, seu preuenire nequit, penam equiualentem his quinque marcis dandis suo corpore sustinebit. — Ordinatio, electio, compromissio super hujusmodi juribus facta est anno incarnationis Dominice M°. CCC°. quarto decimo, feria tertia post Epiphaniam Domini, presentibus Consulibus utriusque anni, presentibus et preteriti, presentis vero scil. *Joh. hulwecke Comite Libero;* Conr. diclindis, Conr. Gleden, Henr. Widepe, Joh. rocherio, Cunhardo juxta ripam, Borchardo de Duna, Wilhelmo Thitmaro Mönch, Joh. Frederici, preteriti vero anni Consulibus Conrado de Luchardencusen, Gerhardo Cellario, Joh. Monetarij, Conr. Rosendal, Joh. super colle, Winando in flori, Eckeberto, Joh. Glit, Henemanno in piscina, Henr. Wachenuelde, Theoderico Hulenuecken et alijs nostre communitatis ciuibus quam plurimis. Scil. Joh. ruteno, hertegeno, Henrico super fonte, Hartuico de Grunenbecke, Hartmodo fumfite, Euerhardo de duna, Joh. ruuell, videlero palatino, viris famosis, ac fidei testimonio approbatis.[225])

## 561.

**1314. März 12. bekennt der Stadtrath von Marsberg, daß das Hospital bei der Nicolai-Kapelle Eigenthum des Klosters zu Marsberg und zu welchen gottesdienstlichen Verrichtungen dieses in dem Hospital gehalten und berechtigt seyn soll.**

Nach dem Original im Stifts-Archive zu Marsberg.

Nos *Bertoldus* de *Oddenhusen* Judex, Hermannus de Huxaria proconsul Gerhardus de Mengerinchusen, Thidericus de kirtorp, Henricus de Nutlon, Thidericus Scarman, Gotfridus Boldyken, Henricus de Adorp, Siffridus de Buren, Conradus de Vesperde, Rodolfus de Clinge, Hermannus de Esbyke et

[225]) Das Original auf Pergament; das daran hängende alte Stadtsiegel ist in weißem Wachse abgedruckt. (Tab. 8. Nr. 2.)

Digitized by Google

Johannes Hauesalde consules totaque vniuersitas Ciuium *Montismartis,* vniuersis presentia visuris seu audituris, cupimus notum esse, publice protestantes, quod *Hospitale pauperum,* apud capellam sti Nycolai situm, in honorem beate Marie constructum, sicut est ipsa capella sti Nycolai, in proprietate.. prepositi et Conuentus Monasterii Montismartis, sine omni nostra et successorum nostrorum exceptione et contradictione qualibet esse debet, et campanarii dicti Monasterii nostreque ciuitatis calicem, libros et indumenta sacerdotalia, ceteraque ad dominicum cultum et diuinum officium spectantia, quemadmodum in capella sancti Nycolai ea claudunt et custodiunt, in dicto hospitali custodient atque claudent, prepositus quoque ac conuentus antedicti in ipso hospitali, in perpetuum in qualibet septimana tantum duas missas vnam videlicet feria secunda, aliam feria sexta, nisi aliquo dictorum dierum, oblationis festum, aut communes anime fidelium recordationes euenerint, tunc sequenti die missam celebrari procurabunt. Et in festo Pasche Pentecostes et natiuitatis xpi dicti.. prepositus et conuentus, vnam missam, infra summam missam in ipsorum monasterio celebrandam, celebrari et pauperes communicari in dicto facient hospitali, preterea nullus, ceteris septimane diebus in dicto hospitali missam aut aliquod diuinum officium, nisi de.. prepositi et conuentus Montismartis voluntate et licentia fuerit speciali, aliquatenus celebrabit, Vltra ea vero que superius sunt expressa, dicti.. prepositus et conuentus Montismartis in dicto hospitali, nunquam plus aliquid facere tenebuntur, Insuper inter dictum.. prepositum et conuentum monasterii Montismartis et nos est conuentum quod nec nos nec etiam nostri successores, circa dictum hospitale, in preiudicium Monasterii Montismartis nunquam aliquid debebimus ordinare, Testes vero huius rei sunt Bodo de Bodinchusen proconsul, Gotfridus Snarman, Thidericus Hildebrinc, Wernherus vettinc, Hermannus Noche, Conradus de Clinge, Hermannus vdonis, Henricus Boldyke, Hermannus de lon, Henricus de Corbyke et Conradus de adorp, Consules anno preterito et Bertoldus Nathan, Johannes Stephani, Conradus de Huxaria, Gerlacus de Buren, aliique plures fidedigni, In cuius rei testimonium, ne de premissis alicui in posterum oriatur dubium nostre Ciuitatis sigillum presentibus dignum duximus apponendum. Datum anno dni M°. CCC°. Xiiij. ipso die beati Gregorii Pape.[224])

---

[224]) Das Siegel iſt abgeriſſen.

Digitized by Google

## 562.

**1314. April 2. bekundet Graf Wilhelm v. Arnsberg, daß und wie das Kloster Wedinghausen der Stadt Arnsberg die zum Haupthof Evenhoe gehörigen Aecker auf 60 Jahre verpachtet habe.**

Nach dem Orig. im Archive des Klosters Wedinghausen.

Nos *wilhelmus comes de arnsberg, godefridus* primogenitus noster, ceterique nostri heredes sicut nomina tenent, circa vniuersos et singulos ad quos littere presentes peruenerint, ad notitiam ueritatis recognoscimus, et publice profitemur, quod constituti coram nobis religiosi uiri, dominus gerhardus prepositus.. totusque conuentus canonicorum Ecclesie in *wedinchusen,* curtem eorum sitam in *eueneho,* cum vniuersis agris eidem curti attinentibus, dilectis oppidanis nostris in *Arnsberg,* eorumque ueris heredibus, ad spatium sexaginta annorum, matura deliberatione prehabita locauerunt, pro hiis inquam redditibus annualibus, videlicet triginta maldris auene arnsbergensis mensure et dimidia marca denariorum in arnsberg legalium, et bonorum, inter festa sanctorum martini et andree annis singulis persoluendis, redditus autem dimidie marce predicte infra primos decem annos predicti opidani nostri non persoluent.. canonicis antedictis, deinceps uero, videlicet his decem annis transactis, dicte dimidie marce redditus, cum predictis aliis redditibus videlicet triginta maldris auene, singulis annis prefati opidani nostri persoluent predictis canonicis, quousque numerus istorum sexaginta annorum totaliter compleatur, vsum autem glandium et lignorum in marka eidem curti attinenti, predicti opidani nostri in arnsberg, non habebunt, Et est condictum, quod.. magister consulum et.. consules opidi nostri arnsberg predicti, quicunque pro tempore fuerint, singulis annis dictos redditus exclusa ac semota qualibet arrestatione seu occupatione ad granarium dictorum canonicorum in wedinchusen omni dolo excluso libere presentabunt, alioquin iam dicti vna cum vniuersis ceteris opidanis nostris in arnsberg, non dimittentur quiti, a.. canonicis antedictis, transactis autem his annis sexaginta, prefata curtis in eueneho cum vniuersis agris, tam noualibus, seu de nouo cultis, quam non noualibus, eidem curti attinentibus, ad canonicos Ecclesie in wedinchusen, libere reuertentur, *agros uero per inpinguationem fertiles factos* predicti opidani nostri hiis annis sexaginta transactis rursum colent

Digitized by Google

quatuor annis, et de quolibet jugere vnum scepel auene persoluent predictis canonicis singulis annis, et extunc predicti agri ad ipsos canonicos liberi reuertentur, In cuius contractus robur ad petitionem vtriusque partis sigillum nostrum, vna cum sigillis earum, duximus presentibus apponendum, presentes erant ordinationi huic, *Godefridus nobilis de rudenbery,* dominus *gerhardus prepositus* predictus, henricus prior, wesselus subprior, johannes plebanus, alexander, euerhardus, hermannus custos, predicte Ecclesie canonici, euerhardus de meninchusen, lambertus de scedingen, milites, Gobelinus capellanus noster, Reynerus notarius noster, anthonius de enze, hermannus debentkamp, Henricus proconsul in arnsberg, winandus carnifex, theodericus faber, ceterique consules ibidem, et alii quam plures viri idonei ac fide digni. datum anno dni M°. CCC°. quartodecimo, quarto nonas aprilis, anno cicli indictionis duodecimo.[225])

## 563.

**1314. Mai 15. ſchenkt Theoderich der jüngere von Volmeſtein, dem Walburgis-Kloſter bei Soeſt, das Eigenthum der Güter zu Katerbecke und zweier Kotten in Meckingſen, mit Vorbehalt der Rente, welche daraus bisher entrichtet worden.**

Nach dem Original im Archive des Walburgisklooſters.

Omnibus presens scriptum visuris et audituris Nos *Theodericus* junior dominus de *volmustene* Notum facimus publice protestando, quod de consensu et bona voluntate, domine Godeste vxoris nostre, Theoderici, lyse et Reke, liberorum nostrorum ac Coheredum, dedimus et in hiis scriptis damus Honorabili viro domino.. preposito *Monasterii sancte Walburgis* extra muros susatienses et.. priorisse ac Conuentui suo, liberam proprietatem bonorum jn *Caterbeke* et suarum attinentiarum, et Nouem jugerum agrorum ibidem, Item duarum Casarum jn *Meckinchusen,* et vniuersarum suarum attinentiarum, jta quod ipsi huiusmodi bona et casas, agros

[225]) Sämmtliche 3 Siegel, das des Grafen Wilhelm, des Kloſters und das große Stadtſiegel, ſind in grünem Wachſe abgedruckt und wohl erhalten. (Tab. 2. Nr. 4. — Tab. 9. Nr. 3. — Tab. 11. Nr. 6.)

Digitized by Google

ac pertinentias vniuersas, jure hereditario perpetuis temporibus libere et pacifice ac quiete, sine nostra impeticione, ac heredum et liberorum nostrorum poterunt optinere, *Salua nobis pensione, que solui nobis consueuit de eisdem.* In cuius rei testimonium ipsis dedimus hoc scriptum nostro sigillo roboratum. Actum et datum. Anno domini M° CCC°. quarto decimo. jn vigilia ascensionis eiusdem. presentibus domino Goswino de Susato et Conrado de brochusen Militibus, Alberto vicario Susaciensi, henrico Cappellario jn Themink, Richardo presbitero, Theoderico de honrode, hermanno de Wermingen, Themone juniore de honrode, johanne de Ruden clerico, Rudolpho et Rudolpho famulis Theoderici de honrode ac aliis fide dignis.[226])

## 564.

### 1314. Dez. 2. belehnt Kaiser Ludwig den Grafen Wilhelm v. Arnsberg mit den Reichslehnen.

Vollständig abgedr. bei Meyer in Wigands Archiv. B. 7. S. 191.

*Ludowicus* Dei gratia Romanorum Rex — Accedens nostre Maiestatis presentiam nobilis vir *Wilhelmus Comes* de *Arnsbergh* — nobis — supplicauit, vt ipsum de feodis suis videlicet *Aduocatia in Susato* et aliis feodis suis, que a nobis et Imperio tenere debet in feodo, inuestire — dignaremur. Nos igitur — prefati Wilhelmi Comitis supplicationibus inclinati ipsum de justis et antiquis feodis suis, que predecessores ipsius olim ab Imperio tenuerunt et possiderunt et idem Wilhelmus — tenet et tenere debet, recepto prius ab

[226]) Das an einem Pergamentriemen hangende Siegel ist in grünem Wachse abgedruckt. Man vergl. die Urk. v. 1218—1250. B. I. Nr. 152; wodurch das Walburgiskloster, den Hof zuerst *à veris heredibus* erwarb. — 1538 Donnerstag nach Mathias, giebt es die in der Urk. v. 1314 gedachten Güter, den Ruphof, dem Hermann tom Ruphove 12 Jahre lang, zu Landrecht in Pacht, so daß er alle Jahr davon bezahlen soll 6 Malt. Korn triplicis 2 Mlt. Roggen 2 Mlt. Gerste 2 Mlt. Hafer, 12 Hühner, 2 Gänse, 1 Schwein und 6 Schill. Binnerpacht; dazu soll er thun 1 Fuhr, Burrecht, Kerkrecht, und anderen gewöhnlichen Herrendienst, ferner soll er jährlich entrichten den Herren auf der Zysekammer 10 Schill. und den Vicarien im Münster 5 Schill. Wenn nach Ablauf der 12 Jahre, Hermann so viel Pacht geben will, wie ein anderer, so soll er zum Hofe der Nächste, sonst ohne Ansprüche auf den Hof seyn. Haus, Scheuer, Schoppen und Zimmer auch Wetland sind dem Kloster. — Nach d. Orig.

Digitized by Google

ipso super hoc fidelitatis et homagii debito sacramento, inuestiuimus et tenore presentium inuestimus. In cuius rei testimonium presentes literas sibi dedimus sigillo majestatis Regie consignatas. Datum Colonie Ao. Dni M°. CCC°. XIV°. quarto nonas Decembris Regni vero nostri anno primo.[227])

## 565.

### 1314. Güterverzeichniß des Haupthofes zu Drasenbeck.

Nach dem Original im Archive des Stifts Meſchede.

Jura et pertinentie curtis in *Drasemecke* in parochia *Remelinchusen* ao Dni M°. CCC°. XIV°. dicte curti consignata, quorum Jodocus modernus Schultetus est et fuit in possessione ao dni M°. CCC°. XXXIV°.

Item curtis in *Dramecke* dare solebat collegiate *ecclesie* ste *Walburgis Meschedensis* semiocto maldra hauene maioris mensure, et nunc ex gratia dat septem maldra hauene, jtem vno anno adducet dimidium plaustrum vini de Lympurch vsque Messchede pro quo dabit duos florenos et sex solidos alternis annis, jtem altero anno tenetur dare nouem denarios pro *Vinischaer*, jtem pro porcis septem solidos et quatuor denarios Martini, jtem quatuor plaustra lignorum Martini, jtem vndecim pullos vno anno, altero anno decem pullos Martini, jtem quinque vncias ouorum pasche, jtem sex denarios ad mandatum in cena dni et villicus habebit vnam semellam de nouem quadrantibus, jtem custodibus prefate ecclesie Messchedensis sex denarios, jtem Martini rehabebit semiduas quartas vini.

Duſſe nabeſchreuenen houe ſin behorich jn den hoiff tho Draſemecke vnd tho dem houe gewiſet ao dni duſent driehundert verteine.

Jt. int erſte tho Draſemecke eyne houe, iſt die derde deill des houes bouen der Straete her, wanner die Schulte den ſelfften derden deill by deme houet houe weder hebben wolde, ſall eme dar neyne Inſperringe jnuallen, Weret ock ſake ſodan derde deill wyder vithgedan worde, ſall mit der Swine drygfft nicht hoger dan mit twen Swinen berechtiget

[227]) Ganz in der nämlichen Art und an demſelben Tage belehnt Kaiſer Ludwig den Grafen Wilhelm: de *pedagio* vulgariter dicto *Bruggengelt* in oppido suo *Nekem*, quod pater ejus ibidem habuit.

Digitized by Google

ſin, der Marcke ſall ſich die hoff gebruken vnd anders neymants, wanner duſſe vurg. derdedeill van dem Schulten werth vithgedain, ſall deme Schulten doin alle Jare eyn malder haueren, twe honer, twintich Egger vnd eynen dach tho meiggen item eyne houe tho heerdinchuſen, berechtiget vnd bemarcket mit dem derdendele der mark des holtes gelegen by der Capellen, gebruket der Schulte to Drameke ſelver, vnd geuet nicht dar von, iſt dar noch tobehorich ene weſe gelegen bouen Kottinchuſen, Noch eyn morge landes bouen der ſelver weſe gelegen, noch twe weſe gelegen in der Eugge, noch twe lendere ock in der Eugge gelegen, noch veer lendere vp der anderen ſyden gelegen bouen dem Kerckhoue, all in deme Kerſpell van Remelinchuſen, noch veer morgen landes gelegen vpp der ffrenckent, item vith dem anderen gude tho ffrylinchuſen ſes penninge, boren die Coſter in dem Munſter tho Meſſchede wy vurg. van wegen des Schulten tho Draſemecke, item tho Weſteren Bodeuelde in deme Kerſpell Bodeuelde gelegen eyn houe Landes, iſt berechtiget mit dryfft, in water, in weyde, ock mit der Marcke, iſt tentfry liedich vnd loos, geuet neymants noch gelt noch anders, dan allene deme houe tho Dramecke, als tein Scheppell haueren, twe honer, vnd twintich Egger, item tho Sielinchuſen in dem Kerſpell Brunskappell eyne houe gelegen by der Capellen, heuet den ſeuendendeill der Veltmarke aldair tho Sielinchuſen, in berge in dale tho gebruken, geuet tein Scheppell haueren alle Jair vnd twe punt vlaſſes, item noch in dem ſelfften Kerſpell Brunskappell gelegen eyne weſe vnd eyn Landt, gebruket van des Schulten vurg. wegen, die duſſen vpgemelten Seuendeill der vurg. houe vnderheuet, iſt gelegen tho Wolfferinchuſen in der Woiſten, item tho Nedenkercken in der Romekermarcke eyn Landt gelegen, vnd eyn weſeplas heuet ock in gebruke duſſe negeſt vurg. in der ſelfften pechte mit dem Seuendeile der houe, Item in dem Dorpe Brunskappell eyne houe gelegen mit ackeren vnd weſen, ock mit alle erer gerechticheidt, geuet deme Schulten vurg. alle Jair tein Schillinge geldes vnd twe punt vlaſſes, Item tho herdinchuſen in deme Kerſpell Velmede gelegen eyne houe, in dem Dorpe vor der brüggen, mit erer tobehoringe, ock mit der Marcke, in holte, in water, in weide, Iſt eyne vullenkommen houe, berechtiget mede in der Marke, gelyk anderen houen, geuet deme Schulten vurg. alle Jair eyn Malder haueren, Item in der Helle in dem Kerſpell van Reiſte noch gelegen eyne houe by Boſinchuſen mit aller gerechticheidt, als ock vurg. in dem latine angetekent, iſt liedich vnd lois, mit Acker vnd mit weſen, geuet deme Schulten vurg.

Digitized by Google

alle Jare twe Malder haueren, Item vith deme houe tho Ouerenholte in dem Kerſpell tho heeſchede, in dem Lande van der Marcke gelegen, boret eyn jder Schulte tho Draſemecke achtein penninge, ſollet deme Schulten vurg. vp ſent Mertinsauent, ſunder entgeltnuſſe behandet werden, to bate der ſeuen ſchillinge hey tho Meſſchede vp ſent Mertins auent betalen moith, welkere houe nu tor tydt beſittet, tielet vnd buwet. N. Item alle vnd jder Jairs boret ock der vurg. Schulte to Draſemecke vp Donnerſtach in der Crutzewecken anderenhaluen penninck von ſinem Lande vp dem Auuer bouen dem garden, vp anderſyth dem water, by der Staelmeker houe item alle duſſe vurg. houe hebben ere betymmerde Sulſtede, Item wanner duſſer vurg. houelinge ſich eyner vp die houe beſtaden worde, ſall geſchein mit wetten vnd willen des dickgemelten Schulten tho Draſemecke, Item wanner ock duſſer vorg. houelinge eyn van des Schulten gude vnd houe tein worde, vnd deme Schulten nicht wolde affwynnen, off nicht lenger pechte geuen wolde, wanner ſulkes geſchege, ſoll de houelinck allet dat ertuaſt vnd nageluaſt iſt, tor Stede laten dem Schulten tom beſten.

Ohne Remiſſionzeichen ſind noch folgende passus ad marginem geſchrieben:

Item to Rollinchuſen gelegen eyne houe, mit alle erer tobehoringe, den Seſtendeill der gantzen Veltmarcke nicht dar van vithbeſcheden genet jn den hoff Draſemecke vertich hoeff Jſeren alle gelegen in dem Kerſpell to Nerenkercken.

Item to Welfferinchuſen noch eyne houe mit alle erer tobehoringe den Achtendeill der gantzen veltmarcke nicht dar van vithbeſcheden, genet tor pacht in den hoiff to Draſemecke alle Jair vyff Raitſchenne, gelegen in dem Kerſpell to Brunskappell.

Jt. die ffyſſcherigge van der Loirmeker marcke bith an den Kerckhoiff to herinchuſen iſt deme houe to Draſemecke tobehorich, beheltlich doch ſo wey mit gebruicklichem Acker ſich dar by ſibben konde, ſall des waters gebruken ſo breith vnd lanck, als dat acker an dat water ſtoth, Item beneden der Kercken to Draſemecke ſall der naber to ffyſchen neyne gerechticheith hebben, dan allene die hoiff to Draſemecke.

Jt. des Mandages in der Crutzewecken ſall der Schulte to Draſemecke vith Staelmekes houe alle Jare boren, einen hellinck, ſall der Schulte vurg. Dinxtages volgens dem Koſter van Meſſchede by deme hilligen Crutze to Remelinchuſen geuen.

Angeſein nachdeme vnd dewile das der hoiff tho Draſemecke in kort verruckeden Jaren, dat principaill bewonte huis, gaer vnd diger in grundt verbrant iſt, vnd alle Siegell vnd

breue Rollen Rottulen vp des hones gerechticheidt haldene, in dem selfften fuere oick mede verbrant vnd verkomen sint, off das dan der seluige Schulte sine gerechticheidt Ingehoir vnd vpkompste, deme seluen principaill hone, nigge bewis, Register aber Rollen dar vith hey vnd sine nachkommen Schulten die seluen gerechticheidt wetten vnder to halden vnd intzoforderen, sin dusser Register vnd Rollen twe gelyck ludende gemaket, vnd mit ener handt geschreuen vnd dorch die worde Salue sancta Crux vith ein ander gesneden, der dan Decken vnd Capittell to Messchede ein behalden vnd deme Schulten tho Drasemecke die andere gegeuen.[228])

## 566.

### 1315. Juli 4. theilen die Grafen Heinrich v. Waldeck u. Wilhelm v. Arnsberg, die Grafschaft Rüdenberg im Kirchspiel Velmede.

Vollständig abgedruckt in Kopp's heimliche Gerichte. Urk. 69.

Nouerint vniuersi — quod nos *Henricus Comes de Waldeck* et nos *Wilhelmus comes de Arnsberge* de consensu omnium heredum nostrorum *Comitiam de Rudemberg;* tam in bonis quam hominibus iuribus iurisdictionibus seruitiis honoribus — prout equalius potuimus secundum informationem ac discretionem tredecim liberorum hominum de comitia qui ad hoc sua prestabant iuramenta, diuisimus per aque *Valme* decursum et pars comitie que est ex ista parte Valme versus villam *Bige* nobis videlicet *Henrico* comiti de *Waldecke* predicto et nostris heredibus. Pars vero comitie predicte vltra aquam Valme versus castrum *Ebersberg* dicto comiti de *Arnsberge* et suis heredibus cecidit missa sorte. Iidem quoque tredecim viri iurati in parte nostra nobis, videlicet comiti de Waldeck predicto, pro iure nominabant in superiori parte ville *Valmede* tres mansos liberos pertinere, villas autem videlicet *Nutlar, Geuelinchusen, Wiggerinchusen, Syrinchusen, Weremboldinchusen, Vesterinchusen, Dalhusen, Amelgodinchusen, Langenbeck* et *Valme,* cum omnibus — iuribus — iuxta consuetudinem hactenus obseruatam ad partem nostram comitie predicte pertinere nominabant.

[228]) Die Urkunde ist ohne Jahrzahl; die Handschrift aber aus dem Anfange des 16. Jahrhunderts.

Digitized by Google

Preterea nullus nostrum homines in parte alterius commorantes modo aliquo commouebit aut se de bonis alterius rite — a suis vt dictum est diuisis, intromittet vel juris sibi quippiam vsurpabit. Vt autem hec diuisio inconuulsa permaneat nostra — sigilla apposuimus huic charte — Actum et datum ao Dni M°. CCC°. XV°. ipso die beati odelrici confessoris.[229])

## 567.

**1315. Dez. 10. dotirt Gottfried v. Meſchede die dortige Magdalenen-Kapelle, worin das Grab der Frau Emhildis, Stifterin der Kirche zu Meſchede, befindlich, mit Einkünften.**

Nach einer Abſchrift aus dem Archive des Hauſes Almen.

In Nomine Dei Amen. Uniuersis Christi fidelibus presentes Literas visuris et audituris innotescat, quod nos *Godefridus* miles dictus *de Meschede* acurtius recolentes deuotas promotiones et gratuita beneficia nobis et progenitoribus nostris huc vsque ab Ecclesia Meschedensi begnignius impensa etiam ob hoc ipsum honoribus quibus poterimus prosequi et signis debite gratitudinis honorare cupientes capellam beate Marie Magdalene infra ambitum dicte Ecclesie Meschedensis constitutam in qua deo deuota *Domina Emhildis* felicis memorie *fundatrix* ipsius Ecclesie Meschedensis est tumulata et quam hisce diebus venerabiles viri Domini Prepositus, decanus, et capitulum Meschedense ut in ea diuinus cultus reassumatur et habeatur per vicarium perpetuum in ipsa Ecclesia Meschedensi habendam statuerunt, in nostrorum et progenitorum nostrorum remedium peccatorum pro possibilitatis nostre modulo dotare affectantes cum bona voluntate Domine *Luchtrudis* uxoris nostre Legitime nec non *godefridi* filii nostri uuigeniti et *theoderici* militis fatris nostri ceterorumque heredum et coheredum nostrorum pleno accedente consensu prefatis Ecclesie Meschedensis et capelle Beate Marie Magdalene ac pro eis Domino Preposito, Decano et Capitulo predictis nomine dotis et in dotem nec non Vicario ejusdem capelle pro tempore existenti specialiter et integraliter pro sustentatione ex

[229]) Die Arnsberger Hälfte der Rüdenberger Grafſchaft an der Valme, hatte Graf Ludwig 1295 von Conrad von Rüdenberg gekauft. Vergl. Band I. Nr. 451.

Digitized by Google

stipendio duarum marcarum reditus damus et in his scriptis assignamus, singulis annis ex nunc et in perpetuum in festo beati Martini hyemalis de curti nostra in Meschede sita per villicum pro tempore eandem curtim colentem sine contradictione aliqua nostri vel heredum nostrorum pro omnibus et ante omnia Vicario dicte capelle ministrandos hujusmodi autem redditus una cum heredibus nostris de quibus premittitur simpliciter pure et liberaliter cessimus et cedimus, et quoad usus predictos purum allodium fecimus et facimus et dictam cvrtim quoad pensionem redituum predictorum dictis Ecclesie capelle in Emphyteusin perpetuam constituimus, nec non in signum donationis perfecte inter viuos perpetuo durature prefatam pensionem de cvrti predicta prout premissum est ministranda per librum sanctorum Euangeliorum premanutenuimus et super altare beate Marie Magdalene reposuimus Ecclesie capelle Preposito Decano capitulo et vicario predictis contulimus et conferimus donauimus et donamus et possessionem ejusdem donationis in ipsos transferimus per presentes obligantes nos insuper et heredes nostros debitam prestare warandiam et omnem injustam impetitionem et questionem deponere ex omni homine penitus depurgare ac renunciamus quoad hoc expresse per presentes omni exceptioni doli mali ope et remedio cujusuis defensionis ac omni juris specialis aut communis beneficio per que contra premissa vel premissorum aliquando venire possimus quoquo modo, in cujus rei testimonium et firmitatem perpetuam sigillis nostro proprio et theoderici militis fatris nostri predicti presentes literas duximus et roborandas et nos theodericus miles de Meschede predictus quia premissa prouti narrata sunt nostri voluntatis sunt et fuerunt in signum nostri consensus sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Actum et datum apud Meschede in Capella Marie Magdalene supra dicta anno incarnationis Dominice millesimo trecentesimo quinto decimo indictione decima tertia quarto idus decembris apostolica sede per mortem Domini Clementis Pape quinti (vacante) illustribus Dominis Friderico (Austrie) et Ludovico Bavarie Ducibus pro romano Imperio litigantibus nec non domino Henrico de Wirnenburch Coloniensem Ecclesiam gubernante.[230])

---

[230]) Die Familie v. Meschede, nachher zu Almen wohnhaft, übte seitdem immer das Patronatrecht über die Vicarie der Magdalenen-Kapelle. Insbesondere conferirte am 31. October 1554 Gerhard v. Meschede, auf Resignation des Vicars Bernhard v. Meschede, die Vicarie dem

## 568.

**1316. Juli 9. giebt Biſchof Ludwig II. von Münſter, dem edlen Herrn Friedrich von Padberg einen Sühnebrief.**

Nach dem Orig. im Archive des Hauſes Padberg.

Vniuersis presentia visuris uel audituris. Nos *Ludouicus* dei gratia *Monasteriensis Ecclesie Episcopus* publice cupimus fore notum, quod amicabilem compositionem, cum nobili viro *Frederico Dno de Patberg* iniueramus et a tota discordia et dissensione inter nos et nostram dyocesin ex vna parte ac dictum Fredericum ex altera vertentibus funditus resipiscimus et desistimus in hijs scriptis supra dictum et rationem, quam Nobilis vir dominus Heinricus Comes de woldeckin, et Heinricus Korf miles et Theodericus de Cleuen famulus noster inter se, inter nos et dictum fredericum statuunt atque ponunt, que statuta semper firma et inuiolabilia volumus obseruare, In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum anno domini M°. CCCXVI. feria sexta post Diem Sancti Kyliani.

---

## 569.

**1316. ſchenkt Gottfried Dürre dem Walburgis-Kloſter für den Schaden, den er ihm durch Raub und Brand vielfach zugefügt, ſeinen Müller zu Lon und andere eigene, zur Villication Soeſt gehörige Leute.**

Nach dem Orig. im Archive des Walburgisklosters.

Vniuersis presentes literas visuris et audituris. Nos *Godefridus* dictus *Durre*, Ricwinus et Lambertus eius filii, ac nos eius filie, Ceterique ipsorum Coheredes, notum facimus et publice protestamur, quod cum honorabili viro, domino.. Preposito *Monasterii sancte Walburgis* extra Muros Susa-

Domcantor zu Paderborn, Heinrich v. Meſchede; und notificirte dieſes dem Kapitel zu Meſchede mit dem Erſuchen, demſelben die Inveſtitur zu ertheilen.

Digitized by Google

clenses, et suo Conuentui jn bonis et molendinis ipsorum, varia et magna dampna, jncendiis videlicet, rapinis et aliis jncomodis per nos et nostram procurationem multipliciter fuissent irrogata, Nos de huiusmodi facto non eque penitentes, jn refusionem dampnorum predictorum, de consilio amicorum nostrorum dictis.. preposito et Conuentui Lodewicum molendinarium apud Lon commorantem — vxorem suam et pueros eorum, mancipia nobis pertinentia, seniore filio ipsorum excluso et (ad) villicationem susatiensem pertinentem, tradidimus perpetuis temporibus et jure hereditario possidenda, Nichiolominus (sic) etiam ipsa nostra mancipia, ad monasterium sancte Walburgis, libera nostra donatione transferimus et renunciamus jn perpetuum, omni juri, quod nobis conpetebat, conpetit et quoquo modo conpetere poterit in eisdem, astringimus etiam nos adhoc firmiter, quod nunquam amplius dictos.. prepositum et Conuentum et Monasterium sancte Walburgis, jn structura sua Molendini in Lyppia, aut jn bonis eorum quibuscumque, jnpediemus verbis aut factis, set ipsos prosequemur fauore speciali, et pro ista, jnter ipsos.. prepositum et Conuentum, et nos, cessabit omnis rancor et materia questionis, Et in huius rei testimonium presens scriptum, sigillis, honorabilium virorum, nostrorum Consanguineorum, domini Conradi de brochusen militis et Wickeri de hesnen famuli, quia propriis sigillis caremus, fecimus communiri, Et nos Conradus et Wickerus protestamur, quod ad petitionem, Godefridi, filiorum, filiarum, ac Coheredum suorum predictorum, nostra sigilla, duximus presentibus literis apponenda. Actum et datum. Anno domini M°. CCC°. sextodecimo, Presentibus Theoderico de honrode milite, boymundo de mere, Ottone de Rode, Godekino Durre, Conrado et Godscalco de yeschen, Gerhardo de Lon et aliis fidedignis.[231])

## 570.

**1317. Mai 14. quitiren Conrad von Brilon und Johann, Sohn Volmars v. Welver, dem Kloſter Welver gewiße, ihnen zugeſtandene Fruchtrenten.**

Nach dem Original im Archive des Kloſters Welver.

Vniuersis ad quos presentes litere peruenerint volumus

[231]) Die Siegel ſind abgefallen.

notum, quod Nos *Conradus dictus de Brilon,* et *Johannes* filius quondam volmari *de weluere* felicis memorie.. Conuentum Monialium *Ecclesie in weluere* ordinis Cisterciensis quitum et solutum de sex maltis annone et dimidio, que nobis de quibusdam redditibus exstiterant residua simpliciter et pure dimittimus, Nichilominus renunciantes omni actioni que per nos quomodolibet ratione dicte annone fieri posset per presentes, Et quum proprio sigillo caruimus renunciationem predictam sub Sigillo honorabilis militis domini Gotfridi de Meschede quod ab eodem inpetrauimus sicut idem loquitur declaramus, Et nos Gotfridus de Meschede miles predictus ad instantiam Conradi et Johannis predictorum renunciationis predicte cartulam nostro proprio sigillo duximus sigillandandum (sic), actum anno domini M°. CCC°. XVII. In die beati Bonifacii Episcopi et martiris. In presentia proborum virorum Gotfridi viceplebani in Euersberg hinrici de arnsdale et Gerardi dicti wulp Ciuium ibidem et aliorum plurimorum.[232])

## 571.

**1317. Juni 28. errichtet der Rath zu Soeſt einen Vergleich, zwiſchen den Schneidern und den Frauen, welche ſich mit Kleidermachen befaßen.**

Nach dem Orig. im Archive der Stadt Soeſt.

Nos rotgerus dictus fernere et gotschalcus dictus de palsode, *proconsules* in *susato,* et ceteri ibidem consules, Notum facimus coram universis publice protestantes, quod cum frequenter inter sartores ex una parte, et alias mulierculas vestes laneas facientes ex altera parte in nostro oppido questiones, querimonie et rixe diversimode moverentur, racione fraternitatis ipsorum sartorum acquirende, ut ejusmodi inconveniencliis debito modo combinando terminum et finem poneremus, Causa tranquillitatis et pacis statuimus et presentibus confirmamus, quod quevis mulier novas laneas vestes faciens pro fraternitate sartorum acquirenda dabit dimidiam marcam denariorum Susati legalium et bonorum, que pecunia pro dimietate erit consulum pro tempore existencium in susato,

[232]) Das Siegel iſt abgefallen. Ob Conrad v. Brilon zur Familie dieſes Namens gehörte oder nur von dort zu Hauſe war, iſt ungewiß. Er wohnte zu Eversberg.

sicut et illa fore dinoscitur, que de conjugibus fraternitatem dictorum sartorum acquirentibus derivatur, qua dimidia marca persoluta sartores talem mulierem ad aliquam societatem que volgariter *morgensprake* nuncupatur non vocabunt, Item plane nil magis disponere habebit cum eisdem sartoribus, quam ante ipsorum fraternitatem habere videbatur, Excepto tamen tali casu, si mulier aliqua vestem vel vestes alicujus male faceret, quod culpabilis videretur super eo, Talis ad presenciam judicum fraternitatis narrate erit vocanda et comparebit, ad hujusmodi debito examine discernenda, Et si talem excessisse compertum fuerit hujusmodi excessus ad consules qui pro tempore Susati fuerint erit deferendus nec non per dictos consules judicandus et puniendus ac coram eis emendandus, ita quod totum in ipsis stabit quicquid pro excessu prenarrato concordaverint faciendum. In quorum omnium testimonium sigillum nostre uniuersitatis presentibus duximus apponendum. Actum presentibus proconsulibus predictis brunone dicto de bucge. conrado dicto sueline. henrico dicto de honporten. Syfrido dicto van den broke. Johanne dicto de Kywe. johanne dicto capelle. wichmanno de vlerike. johanne de monte. Gerhardo de lacu. johanne dicto vole. arturo de eversberg. Syfrido super personam. johanne de lunen et toto consilio Sosaciensi. Datum anno domini M°. CCC°. decimo septimo in vigilia beatorum apostolorum petri et pauli.[233])

## 572.

**1317. Nov. 24. genehmigt Diedrich, Scholaſter der Stiftskirche zu Soeſt, als Pfarrer der alten Petrikirche daſelbſt, die Stiftung einer Kapelle vor der Nutenenpforte, durch Richard v. Süderland.**

Nach dem Orig. in der Urk. Samml. Seibertz-Wildenberg.

Vniuersis presentes litteras visuris et audituris. Nos Theodericus scolasticus Ecclesie Susaciensis, verus pastor veteris Ecclie ibidem, notum facimus et publice protestamur, quod cum Richardus dictus de Suderlande opidanus Susaciensis, pio motus affectu, in diuini cultus augmentationem, Capellam vnam apud portam, dictam Notenenenporte, in parrochia veteris Ecclie nostre predicte, suis stypendijs construere, fundare et

[233]) Das Siegel iſt abgefallen.

dotare decreuerit, in sue et parentum suorum remedium animarum, Nos huiusmodi pium desiderium suum in domino commendantes et pro eo vt id fiat sine nostro et Ecclesie nostre veteris predicte preiudicio, cooperari prouide cupientes, saluis ipsi Ecclesie nostre veteri, sex solidorum redditibus, singulis annis nobis et successoribus nostris, plebanis veteris Ecclie, pro tempore existentibus, per rectorem dicte Cappelle, pro dimidietate in quolibet festo pasche et pro reliqua dimidietate in quolibet festo michaelis persoluendis, Quia consensu reuerendi patris domini nostri, domini Henrici Archiepi Coloniensis, necnon domini prepositi maioris et archidyaconi Coloniensis, seu vices suas in ipso archidyaconatu habentis, atque verbum et dictum venerabilis domini Henrici prepositi Susaciensis, dicte veteris Ecclesie patroni ad premissa vidimus accessisse, Nos etiam premissis nostrum consensum, in hijs scriptis liberaliter adhibemus, protestantes jus patronatus ipsius Cappelle, apud dictum Richardum et suos posteros ac heredes debere perpetuis temporibus remanere, Et in huius rei testimonium presens scriptum, sigillo venerabilium virorum dominorum nostrorum, Decani et Capituli Ecclesie Susaciensis predicte ad causas atque nostro sigillo proprio fecimus communiri, Et nos Decanus et Capitulum profitemur, quod ad petitionem dicti Scolastici sigillum Ecclesie nostre ad causas presentibus est appensum, Premissa omnia sicut prouide facta sunt approbantes. Actum et datum Anno dni M°. CCC°. decimo septimo. Crastino Clementis pape.[234])

## 573.

**1318. Aug. 18. erlaubt Gottfried v. Rüdenberg den Nonnen zu Welver, ihre Gehöfte gegen den gemeinen Weg hin auszudehnen, vorbehaltlich daß sie von ihren eigenen Aeckern soviel ersetzen, als sie vom Wege an sich nehmen.**

Nach dem Orig. im Archive des Klosters Welver.

Nos *Godefridus* famulus de *Rudenberg*, vniuersis presencia visuris et audituris, notum facimus presentibus protestantes, quod cum consensu et bona voluntate, *Gertrudis* vxoris nostre legitime, *Alheydis* filie nostre vnice, *Godefridi* militis

[234]) Die Siegel sind beide abgefallen.

Digitized by Google

*patris nostri* et omnium nostrorum heredum coheredumque nostrorum, licenciauimus et licenciamus per presentes, quod *claustrum in Weluere,* potest dilatare curtim suam, que *Bvhof* dicitur ad australem plagam, vbi via transit vniuersalis, dummodo de suis agris tantum restituant, quantum ipsi de communi via receperunt, Item licenciamus in presentibus quod si volunt possunt longas arbores iuxta Claustrum ad aquilonem positas, que wlgariter *Thelgen* vocantur, circumfodere et circumsepire, ita quod dicte arbores et curia monialium, vna fiat curtis, Item licenciauimus et licenciamus per presentes quod in loco qui *Hundesdich* vocatur possunt edificare vnam curiam, que videlicet curia, si edificabitur, ita libera est et erit ab omni iure seculari, sicut curia maior, que *Bvhof* vocatur, Item protestamur in presentibus litteris, quod pro impeticione duarum casarum in Hundesdich sitis, que wlgariter *vrighvt* vocabantur et duorum agrorum in *echtorp* sitorum, recepimus a predicto Claustro, vnam casam in *Clotingen* sitam cum agris pertinentibus ad eandem et pro iam dicta casa dimisimus sepe dicto claustro, quatuor solidorum redditus, quos in casa *endike* sita habuimus et in possessione habebamus. Preterea ne aliquis error vel rancor inter nos et dictum claustrum jugiter remaneat, sepe dictum claustrum de viginti et quinque marcis denariorum quos in bonis in *mederike* wlgariter dictis *vriegvth* habere videbantur, nos liberos et solutos dimiserunt Vt autem de premissis nulla de cetero valeat ambiguitas suboriri, Nos Godefridus famulus et pater noster Godefridus supradicti, presentem paginam sigillis nostris fecimus roborari, Actum et datum apud *kothemulen* anno domini millesimo CCC°. decimo octauo, feria sexta proxima ante festum beati Bartholomei apli Presentibus Arnoldo dicto de methlen, Randolfo dicto Haken, Gerlaco de mederike. Engelberto de methlen, Henrico dicto Sprenghen, Theoderico de lake, Johanne dicto hennichus, Antonio de Clotinghen. Villico de biscopinch, Johanne et Goswino fratribus dictis de Bvle famulis, fratre Conrado dicto Grubere, fratre Hermanno et fratre Adolfo conuersis et aliis quampluribus fidedignis.[235])

---

[235]) An der Urkunde hängt zuerst das Siegel Gottfrieds des Jüngeren, in der Größe eines gewöhnlichen Rittersiegels, rund, mit dem aufstehenden Hunde mit starker Wolfsruthe und der Umschrift: S. Godefridi de Rudenberge. Dann das große Siegel des älteren Gottfried mit dem Hunde und den 3 Vögeln. (T. 3. Nr. 6.)

Digitized by Google

## 574.

### 1318. Oct. 2. Synodalſtatut Erzbiſchofs Heinrich II. erlaſſen auf einer zu Bonn gehaltenen Synode.

Nach einer Orig. Ausfertig. in der Urk. Samml. Seibertz-Wildenberg.[236])

In nomine domini amen. *Henricus* dei gratia sancte Colon. Ecclie Archieps. sacri Imperij per Italiam Archicancellarius. vniuersis Prelatis, Capitulis, Conuentibus Ecclesiarum et monasteriorum, tam secularium quam religiosorum et Prioribus ac Cardianis et Conuentibus Predicatorum, Minorum, Augustinensium et sancte Marie de monte Carmeli ac aliorum ordinum mendicantium ac locorum Plebanis et clericis sue Ciuitatis et dyocesis salutem in domino sempiternam. Licet a predecessoribus nostris et nobis ipsis et infra. Nos igitur vrgente nos ad id officii nostri debito, Errores huiusmodi, quantum possumus, ne nobis valeat negligentia imputari, corrigere cupientes, Constitutionem que incipit. *Quoniam quia abiectis vestibus* etc. ex libro *de vita et honestate clericorum,* inter extrauagantes constitutiones dni Clementis pape Vti. collocatam[237]) precipimus obseruari, pauca tamen ex eadem constitutione, pro eruditione simplicium exprimendo. Precipientes quod quicumque clericus, virgata vel partita, seu in latentibus scissa veste publice vtitur, nisi rationabilis causa subsit, si beneficiatus extiterit, per sex menses a perceptione fructuum beneficiorum que obtinet, sit ipso facto suspensus, si beneficiatus non fuerit, in sacris tamen ordinibus citra sacrum decretum constitutus, per idem tempus reddatur omnino inhabilis ad beneficium Ecclesiasticum obtinendum. Clerici etiam presertim beneficiati, caligiis rubeis, aut glaucis, seu viridibus et calciis rostratis seu perforatis publice non vtantur. Contrarium facientes, si beneficiati fuerint, simili modo per duos menses à perceptione fructuum beneficiorum suorum, que obtinent, sint suspensi. Ceteri non beneficiati, in sacris tamen ordinibus constituti, sint inhabiles per idem tempus, ad beneficium Ecclesiasticum obtinendum. Item statuimus vt clerici coronas rotundas et tonsuram clericalem,

[236]) Obgleich dieſes Statut nicht zunächſt für das Herzogthum Weſtfalen, ſondern für die Cölniſche Diöceſe überhaupt erlaſſen iſt, ſo ſchien uns doch die Mittheilung deſſelben aus dem Grunde gerechtfertigt, weil es bisher ganz unbekannt geblieben und namentlich weder in den Statutis synodorum S. Ecclie Colon. welche 1554 bei Quentel in Cöln erſchienen, noch in *Hartzheim* Concilia Germaniae abgedruckt iſt.

[237]) Clem. 2. de vita et honestate Clericorum. (3. 1.)

ad modum sui status et ordinis competentes habeant et ad minimum in anno septies, coronam radant et tonsuram reformẽt et quanto hij gradu ceteros antecedunt sunt maioribus honoribus attollendi, hij qui contra honorem status sui faciunt, sunt grauius puniendi. Illos quidem qui in subdyaconatus et dyaconatus ordinibus constituti, absque tonsura et corona clericali officia diuina, vestibus sacris induti exercent, ab ingressu Ecclesie suspensionis sententiam, quam in eos extunc vt exnunc ferimus, incurrere volumus ipso facto, quorum absolutionem nobis specialiter reseruamus, sub pena suspensionis simili prohibentes, ne quis clericus, non in sacris ordinibus constitutus, officia ordinum sacrorum, sacris indutis vestibus, quod tamen per abusum sepius committitur, presumat aliquis exercere. De clericis vero, qui pro pastoribus Ecclesiarum, contra instituta canonica, se gerunt vt est dictum et vt animarum cura, propter eorum defectum, in ipsis Ecclesiis, quarum pastores asserunt, non minus exerceatur, sic duximus ordinandum, et hac synodali nostra sententia et decreto statuendum, vt clerici prefati, a jure ipsis beneficiis priuati, seu quibus in eis, ex defectu juris, in eisdem non fuit jus ab initio acquisitum, qui nunc sunt et inantea fuerint, fructus beneficiorum eorundem non percipient, nec eos suos faciant, nec quauis via, eis auctoribus, Ecclesie ipse, cum in eis jus non habeant, officiatores eorundem instituantur, quodque de perceptis redditibus dictorum beneficiorum, seu si de facto inantea percipiant, nobis aut successori nostro reddatur ratio vel illi aut illis, quibus duxerimus committendum. Et ne de cetero propter defectum sustentationis minus sufficientes et illiterate persone, Ecclesiis ipsis, de quibus supra fit mentio, officiatores seu curam animarum exercentes et deseruientes in diuinis preficiantur, Statuimus et decernimus eas, per bonos et sufficientes vicarios, per nos aut successores nostros in huiusmodi Ecclesiis deputandos, fore officiandos, quibus tamen de ipsarum Ecclesiarum prouentibus, ex nostra prouidentia ministrabitur, de quibus pro statu ipsarum Ecclesiarum, valeant congrue sustentari, eo quod de ipsis redditibus residuum fuerit, nostre dispositioni reseruato et per locorum christianitatum Decanos, quibus hoc presentibus committimus, in vsus debitos conuertendo. Et quia malitia prouisorum, nisi pene coercitione refrenetur, non potest per malitiam preteritorum experientia aboleri, clericos prefatos, contra premissa dictos fructus rapientes, Ecclesiarumque predictarum regimini se ingerentes, et vt ad earundem tytulum fraudulenter se beneficiatos asserentes, cum non sint, ad ordines sacros se promoueri facientes et rationem de perceptis redditibus pre-

Digitized by Google

dictis non reddentes, vt est dictum, quos in hiis scriptis monitione sex mensium a publicatione presentis statuti premissa, ab ingressu Ecclesie suspendimus, suspensos haberi volumus et teneri. — Item constitutionem sedis apostolice sub tytulo *de etate et qualitate ac ordine preficiendorum,* inter extrauagantes constitutiones Clementinas collocatam,[238]) precipimus obseruari, cuius tenor talis est. *Vt hij qui in diuinis,* et Cathedralibus vel collegiatis secularibus et regularibus Ecclesiis sunt mancipati Officiis, vel mancipabuntur ad suscipiendos sacros ordines, perpetuis inducantur temporibus, Statuimus vt nullus de cetero in Ecclesiis huiusmodi vocem in Capitulo habeat, etiam si hoc sibi ab aliis libere concedatur, nisi saltem in subdyaconatus ordine fuerit constitutus. Illi vero qui dignitates, personatus, Officia, vel prebendas quibus dicti ordines sunt annexi, pacifice nunc obtinent in eisdem Ecclesiis, vel obtinuerint in futurum, nisi iusto impedimento cessante, ad huiusmodi ordines se promoueri non fecerint infra annum, extunc donec ad eos promoti fuerint, nullo modo vocem in Capitulo eorundem habeant. Ipsisque distributionis, que datur hiis, qui certis horis interfuerint, pars dimidia subtrahatur, non obstantibus consuetudinibus quibuslibet, vel statutis penis aliis que contra tales promoueri ad ordines recusantes, statuuntur de jure, nichilominus in suo robore permansuris et similiter constitutionem in eodem tytulo subsequentem[239]) precipimus inuiolabiliter obseruari, cuius tenor talis est. *Generalem Ecclesie obseruantiam,* volentes antiquis juribus in hac parte perfrui, Decernimus vt alio non obstante canonico, possit quis libere in decimo octauo ad subdyaconatus, in vicesimo ad dyaconatus, in vicesimo quinto etatis sue anno, ad presbiteratus ordines promoueri. Item constitutionem, a felicis recordationis domini Bonifacii pape VIII que incipit *super Cathedram* editam et a Dno Benedicto papa successore ipsius reuocatam, nunc vero per sanctissimum patrem Dnum Johannem papam XXII. resumptam et sub tytulo *de sepulturis collocatam,*[240]) precipimus ab omnibus obseruari, per locorum plebanos copiam eiusdem recipi infra mensem, Statuentes iuxta constitutionem eandem, vt de cetero nullum predicatorum vel minorum ordinum fratrem, ad audiende confessionis officium, in suis Ecclesiis admittant, nisi cum litteris testimonialibus nostris, quod secundum constitutionem eandem nobis presentatus, per nos admissus sit ad officium memoratum. Volumus tamen vt ijdem fratres, non nisi semel tantum,

[238]) Clem. 2 de etate et qualitate ac ordine preficiendorum. (1. 6.)
[239]) Clem. 3 ibid.
[240]) Clem. 2. de sepulturis. (3. 7.)

Digitized by Google

litteras suas testimoniales sacerdotibus parochialium Ecclesiarum ostendere teneantur, ipsisque copia littere sue relicta, facta fideli collatione, de ipsorum fratrum littera ad transsumptum, vt per hoc sacerdotibus appareat, qui fratres missi sint et approbati, ad premissa ministeria exequenda, Nec tunc quidem in aliis casibus absoluere possint, quam curatis seu parochialibus sacerdotibus a jure est concessum. Item iuxta constitutionem eandem, ad contentiones varias que inter eosdem fratres et locorum Plebanos, vt frequentius oriuntur tollendas, precipimus plebanis ne dictos fratres permittant in suis ecclesiis predicare, vel proponere verbum dei, nisi fratres predicti ab eis inuitati fuerint vel vocati et de eorum beneplacito vel assensu ac petita ab eis licentia et obtenta. Item fratres ipsi predicatores et minores, locorum plebanis de obuentionibus, tam de funeribus quam de quibuscunque, quomodocunque relictis, distincte vel indistincte ad quoscunque certos vel declaratos vsus, de quibus etiam quarta vel canonica portio exigi vel dari non consueuit vel non debet a jure, necnon de datis, vel qualitercunque donatis, in morte seu mortis articulo, in instrumento donantis vel dantis, de qua decesserit, quomodocunque directe vel indirecte, quartam partem largiri integre teneantur. Preterea iuxta constitutionem sedis apostolice (inter) extravag. *de priuilegiis* collocatam, que incipit: *religiosis,*[241]) Precipimus ne religiosis ipsis, clericis aut laycis, sacramentum vnctionis extreme vel eucharistie ministrare non habita super hiis parochialis presbiteri licentia speciali, et ne excommunicatos à canone vel a statutis prouincialibus vel synodalibus, aut a pena et a culpa, quemquam absoluere presumant, alioquin excommunicationis sententiam in eos, per eandem constitutionem latam, a qua non nisi per sedem apostolicam absolui possunt, incidant ipso facto. Inhibemus insuper quibuscunque fratribus, etiam per nos approbatis, ne de vagis restitutionibus, videlicet de male et illicite acquisitis, quempiam in suis confessionibus absoluant, nec talia ad se recipiant aut sub quouis colore sibi attrahant vel vsurpent, cum huiusmodi absolutio et illicite acquisitorum dispositio, ad nos tamquam ad dyocesanum dinoscantur pertinere. Preterea omnes indulgentias et ceteros casus in absolutionibus inpendendis, quibuscunque religiosis, sub quacunque forma verborum concessas a nobis, presentibus reuocamus. venerabili in christo patre, Dno Joh. Episcopo Scopulensi et fratre wilhelmo de wemis, vicariis nostris in spiritualibus,

[241]) Clem. 1. de privilegiis et excessibus privilegiatorum. (5. 7.)

Digitized by Google

duntaxat exceptis. Item omnibus vobis et singulis plebanis et Ecclesiarum rectoribus inhibemus, ne fratres ordinis beati Augustini et sancte marie de monte Carmeli aut quoscunque alios fratres ordinis mendicantium, permittatis in Ecclesiis vestris confessiones audire, nisi nobis infra mensem priuilegia sua ostenderint, virtute quorum eis confessionum audiendarum indulgentia, a sede apostolica sit indulta, cum eis id prohibeat jus commune. Item constitutionem Clementis pape Vti. in concilio viennensi editam, sub tytulo *de statu monachorum regularium* collocatam,[242]) que incipit. *Ne in agro dominico* etc. cum constitutione sequenti, que incipit. *Attendentes, quod vbi gubernaculum discipline contempnitur,* Precipimus a monachis ordinis beati Benedicti ac monialibus quibuscunque et canonicabus Ecclesiarum secularium, inuiolabiliter obseruari. Item precipimus constitutionem que incipit. *Cum de quibusdam mulieribus Beguinabus wlgariter nuncupatis* etc. sub tytulo *de statu monachorum* collocatam,[243]) in omnibus suis articulis firmiter obseruari, ipsis Beguinabus iuxta constitutionem ipsam prohibentes, ne de summa trinitate disputent et diuina essentia vel opiniones circa fidei articulos, Ecclesiastica sacramenta, fidei catholice contraria introducant, nec de cetero certum ordinem beguinarum portare, vel ad instar Conuentuum, magistratus et Conuentus habere presumant. cum nulli liceat ordinem fingere, sed si religiosus esse velit, vnum assumere ordinem debet, de ordinibus a sede apostolica approbatis. Quodque nullus religiosus de cetero in huiusmodi beguinasij statum foueat, seu ad ipsum statum suscipiendum inducat, cum idem status per constitutionem eandem, perpetuo sit prohibitus et de Ecclesia penitus extirpatus, eo quod diuersi errores, aliaque plurima animarum pericula parientia, mulieres predicte, sub quodam securitatis velamine committebant. Alioquin tam mulieres quam fratres predictos, menti constitutionis huiusmodi obuiantes, excommunicationis sententiam in eadem constitutione prolatam incurrere decernimus ipso facto. Sane tamen, quod si que fuerint mulieres fideles, que premissa continentia vel etiam non premissa, honeste in suis conuersantur hospitiis penitentiam agere volunt, non vt ordinem et statum predictum reprobatum teneant, possint deo in humilitatis spiritu deseruire. Item statuimus vt vsurarii, sub quacunque specie vsurarum commiserint, recipiendo aliquid vltra sortem, id est vltra debitum principale, quo quis alteri tenetur,

---

[242]) Clem. 1. de statu monachorum. (3. 10.)

[243]) Dies Allegat iſt irrig; die angeführte Clementine ſteht in einem anderen Titel; nämlich: Clem. 1. de religiosis domibus. (3. 11.)

Digitized by Google

vel per computationem diuturnam, aut commutationem mutui, videlicet pecunie ad annonam et e conuerso, vel sub quouis alio colore, per vos plebanos excommunicati nuncientur, cum ipsi a jure communi et per statuta nostra excommunicati existant, nec eis ministretis Ecclesiastica sacramenta, nec corpora eorum cum decesserint, reddatis Ecclesiastice sepulture. sed si ante mortem penitere volunt, cum eis agatis iuxta constitutionem que incipit *vsurarum voraginem*. collocatam libro sexto sub tytulo *de vsuris*.[244]) Actum et Publicatum Bunne in sancta Synodo nostra. Crastino beati Remigij. Prioribus, quampluribus canonicis et clericis ibidem, vt est moris, congregatis. Anno dni. M°. CCC°. decimo octouo.[245])

## 575.

**1319. Juli 10. verschreibt Thomas v. Arnsberg aus seinem Hause zu Werl, dem Kloster Welver eine Rente.**

Nach dem Orig. im Archive des Klosters Welver.

Nos Consules opidi Werlensis vniuersis presentia visuris seu audituris cupimus esse notum publice protestando quod constitutus coram nobis *Thomas* de *Arnesberghe* cum consensu et bona voluntate margarete vxoris sue necnon omnium liberorum et verorum heredum suorum recognouit se vendidisse honorabili viro.. domino preposito totique *conuentui* in *Weluere* Coloniensis diocesis redditus vnius marce ex domo et area sua sita in medio intra domum Gerhardi dicti kuke et Johannis dicti scolere pro marcis quatuordecim et dimidia que pecunia est ipsis integraliter persoluta in perpetuum annis singulis in festo sancti Martini persoluendos et possidendos libere et quiete hoc adiecto quod dicta domus et area nullam aliam soluit pensionem nisi vnum denarium

[244]) Cap. 1. de usuris in 6to. (5. 5.)

[245]) Die Urkunde auf Pergament, ist mit sehr vielen, zum Theile undeutlichen Abbreviaturen geschrieben. Das daran gehangene Siegel des Erzbischofs, in grünem Wachse, ist zerbrochen, nur der untere kleine Schild auf demselben, das Virneburgische Wappen darstellend, ist noch kenntlich. Wahrscheinlich ist die Ausfertigung dieses Synodal-Statut für irgend eine Archidiaconalkirche z. B. die zu Soest gemacht worden.

Digitized by Google

arialem Huius rei testes sunt Henricus dictus plikese, Henricus dictus konolt, tunc temporis Proconsules, Henricus seuinincholt, Hermannus dictus bars, Arnoldus dictus knopicke, Johannes dictus punir, Conradus dictus Notlicke. Johannes dictus mas, Theodericus dictus Cruse, Gerhardus carpentarius, Hermannus dictus tegge, Henricus dictus madde, tunc temporis consules in Werle et quam plures alii fide digni In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est apensum. Datum anno domini M°. CCC°. decimo nono in die septem fratrum.[246])

## 576.

**1319. Aug. 19. vereinigt Erzbischof Heinrich II. gewisse Einkünfte von mehren Kirchen, in Bezug auf welche dem Stift Meschede das Präsentationrecht zustand, mit den Stellen der Dignitarien des Kapitels.**

Nach dem Original im Archive des Stifts Meschede.[247])

In nomine sancte et individue trinitatis amen. *Henricus* dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri Imperii per Ytaliam Archicancancellarius Universis Christi fidelibus presentia visuris eternam in domino caritatem. Inter alia qua nos angit cura pastoralis, id sedulo in mente nostra revolvimus, qualiter piis locis maxime adhuc ex sua mutationis novitate non multum provectis, vt subsistant et auctore domino felicia recipiant incrementa, quantum nobis ab alto permittitur, subveniamus remediis oportunis. Dudum siquidem in *ecclesia Meschedensi*, statu canonicarum, que in eadem erant, ex causis certis licitis et honestis in canonicorum statum per nos de capituli nostri Coloniensis consensu mutato, canonici qui postmodum in eadem ecclesia instituti fuerunt et adhuc sunt, studuerunt et adhuc student per continuam beneficiatorum eiusdem ecclesie residentiam in divino cultu

[246]) An der Urk. hängt das große Werler Stadtsiegel. (Tab. 6. Nr. 13.)

[247]) Eine Abschrift dieser Urkunde, welche mit den Worten Datum per copiam beginnt und mit dem kleineren Siegel des Erzbischofs besiegelt ist, hat einige Abweichungen, welche, da sie die alten Verhältnisse so vieler Kirchen des Herzogthums betreffen, hier angemerkt zu werden verdienen.

Digitized by Google

domino deservire.[248]) Sed quia tempore canonicarum dicte ecclesie ex earum, quod dolenter referimus, negligentia bona ipsius ecclesie adeo fuerunt distracta occupata et alienata, quod canonici eisdem substituti earumdem canonicarum negligentie iacturam adhuc sentientes non possunt de redditibus inventis inibi, nisi subveniatur eisdem, commode sustentari. Nos affectantes, ut id quod per nos in hac parte factum est subsistat ad laudem dei considerantes, quod convenientius eorum in hac parte necessitatibus providere non possumus, quam ut de aliqua parte redituum aliquarum ecclesiarum, quarum tamen presentatio ab eadem ecclesia Meschedensi dependet, non autem ut ob hoc cura animarum negligatur in ipsis, provideamus eisdem, ut eo valeant comodius subsistere in inceptis. Ea propter[249]) ecclesias infrascriptas videlicet ecclesiam in Helevelde Decanatui, in Calle Scholastrie, in Remelinchusen Cantorie et in Esleue Thesaurarie dicte ecclesie Meschedensis pro ipsius ecclesie emendatione et defectuum eiusdem suppletione, de Capituli nostri Coloniensis consensu,[250]) incorporamus seu annectimus per presentes sub hac forma scilicet, quod Decanus, Scolasticus, Cantor et Thesaurarius, qui pro tempore in ipsa ecclesia Meschedensi fuerint, dum exnunc et quotiens in perpetuum eedem ecclesie vacaverint, quilibet ad ecclesiam, sue dignitati seu officio ut premittitur incorporatam seu annexam, loci archidyacono presentent personas, que vicesimum quintum annum etatis sue attigerint et infra annum a tempore regiminis ecclesie, de qua investiti per ipsum archidyaconum fuerint, cessante impedimento legitimo, in presbiteros ordinentur, et ut diligentius gregis sibi crediti curam gerere possint, personaliter resideant in eisdem. Alias quod contra premissa actum fuerit sit irritum ipso iure, et ecclesie illius, circa cuius rectoris personam hec non fuerint observata, collatio ea vice ad nos et successores nostros devolvatur. Verum ut dicte ecclesie Meschedensis ex incorporatione seu annectione ecclesiarum predictarum accrescat fructus, consideratis facultatibus et redditibus ecclesiarum earumdem ordinamus et statuimus, ut[251]) de dicta ecclesia in Helvelde tres marce Decano, de

---

[248]) Die Abſchrift lieſt deservirent.

[249]) Die Abſchrift hat hier: Ea propter decanatum christianitatis Meschedensem et ecclesias parochiales videlicet ipsum decanatum christianitatis et ecclesiam Helevelde.

[250]) Die Worte de capituli nostri Col. consensu fehlen in der Abſchrift.

[251]) Die Abſchrift hat hier noch die Worte: ut „decanus nunc ecclesie Meschedensis et pro tempore existens decanatum Christianitatis

ecclesia in Calle tres marce Scolastico, de ecclesia Remelinchusen duae marce cantori, de ecclesia vero in Esleve Thesaurario, cui incumbit officium ecclesie illuminandi,[252]) quatuor marce per rectores in eisdem sigulariter existentes annis singulis persolvantur,[253]) ceteris redditibus quibuscumque ecclesiarum earumdem cum emergentiis et legatis pro tempore evenientibus in eisdem rectoribus institutis in ipsis plene et integraliter remanentibus libere et solute, ut animarum cura exerceatur diligenter per eosdem, et deserviatur laudabiliter in divinis, *et hospitalitatem congruam valeant exhibere,* et satisfacere de decimis procurationibus subventionibus apostolice sedis legatorum eiusdem, nostris, successorum nostrorum, archidyaconi loci, decani synodalis et aliorum superiorum, in quibuscumque negotiis eisdem ecclesiis pro tempore imponantur. In quibus prefatis superioribus omnibus et nobis per huiusmodi incorporationem seu annectionem nolumus in aliquo derogari, sed per ipsos rectores earumdem ecclesiarum onera supportando satisfieri de eisdem, sicut ante hanc incorporationem per alios clericos ipsis ecclesiis deservientes consuevit fieri et debebat de consuetudine vel de iure. Nam sic annectionem prefatam ecclesiarum earumdem disponimus, ut tamen iura sua inviolata superioribus singulis conserventur. Preterea et ut huiusmodi ecclesiarum annectio ecclesie Meschedensi proficiat in communi, ordinamus et statuimus, ut, postquam prefati decanus,[254]) scolasticus cantor et thesaurarius redditus dictarum ecclesiarum ex prefata incorporatione fuerint assecuti, redditus alios, quos de communibus bonis ecclesie ratione dignitatum seu officiorum suorum percipere consueverunt, eo ipso sint quiti nec ulterius eis

---

predictum, quem ipsi decanatui ecclesie predicte annectimus ammodo habeat atque regat in iure suo et bonis consuetudinibus in hoc hactenus observatis, reditus et obventiones ab eodem derivantes percipiendo, pro emendatione decanatus sui Meschedensis ceteris reditibus quos hucusque de bonis communibus ecclesie Meschedensis pro decanatu suo habere consueverat remanentibus ex nunc in antea apud capitulum Meschedensis ecclesie supradicte, cui etiam capitulo de ecclesia in Helevelde tres marcae," de ecclesia in Calle —

[252]) Die Worte cui incumbit officium ecclesie illuminandi fehlen in der Abschrift.

[253]) Die Abschrift hat zwischen persolvant und ceteri noch die Worte et si quumque aliqui mansi ad ipsas ecclesias spectantes ad firmam seu pro pensione fuerint exponendi, hoc fiet per decanum scolasticum cantorem et thesaurarium singlatim in ecclesiis cuilibet eorum deputatis.

[254]) Das Wort decanus fehlt in der Copie.

Digitized by Google

dentur sed defalcentur eorum quilibet[255]) et proportionaliter et pro rata quantum percipiunt de redditibus supradictis ut ex incorporatione ecclesiarum earumdem, et que sic defalcata fuerint cedant ad communes usus ecclesie Meschedensis supradicte, ut quominus defectu sustentationis gravantur, eo quietius valeant intendere officio divinorum, cum iure divino et humano omne beneficium sit propter officium institutum. Alias vero ecclesias videlicet Hornen, Melderike, Meschede,[256]) Reyste et in Eversperge, in quibus olim Abbatissa Meschedensis habuit, dum vacaverunt, ius presentandi, preposito Meschedensi, qui pro tempore fuerit, deputamus, ut presentet ad easdem, seu eas conferat prout hoc de iure fuerit faciendum, personis ydoneis et presbiteris seu qui infra annum valeant in presbiteros ordinari. alias tam conferens quam quibus collate fuerint penam canonis incidant contra negligentiam talium iam prelati. Iniungimus etiam ipsi preposito ut in predictarum ecclesiarum collatione personarum seu clericorum ecclesie Meschedensis honorem respiciat et personam quia ob hoc ordinatione priori non obstante ut iura ecclesie defendere convenientius possit sibi addicimus antedicta.[257]) In quorum omnium testimonium et perpetuam firmitatem presentes litteras ex hiis conscribi, nostri ac capituli nostri Coloniensis sigillorum appensione fecimus communiri. Et nos decanus et capitulum ecclesie Coloniensis predicte sigillum

---

[255]) Die Ausfertigung per copiam ließt richtiger „cuilibet."

[256]) Das Wort Meschede fehlt in der Abschrift.

[257]) Hier ist in der Urkunde noch Einiges eingeschoben und weiterhin geändert: Preterea ordinamus, cum ex officio thesaurarie predicte per continuam residentiam per thesaurarium pro tempore existentem sit custodia reliquiarum et ornamentorum et illuminatio ecclesie fideliter facienda, ut dum deinceps idem officium per capitulum commune ad cuius collationem pertinet et pertinere volumus fuerit conferendum non nisi canonico dicte Meschedensis ecclesie actu dyacono et continuam in ipsa ecclesia facienti residentiam conferatur. Eodem modo ordinamus forensis ecclesie et vicarii dicte Meschedensis ecclesie nunc et pro tempore existentes in ipsa ecclesia sint actu presbyteri et personalem ac continuam ibidem residentiam faciant, ut singulis horis nocturnis et diurnis sicut ad hoc tenentur et ad hoc eos teneri volumus in eadem ecclesia valeant interesse, alias si moniti post sex septimanas ad eandem residentiam et ad deservienda sua beneficia non redierint amoveantur ab eisdem et alii in locum eorum subrogentur, qui velint et possint beneficia eadem prout onus eorumdem requisierit deservire. In quorum omnium testimonium et perpetuam firmitatem presentes litteras ex hiis conscribi nostri quoque sigilli appensione fecimus communiri. Actum et datum Bunne Anno domini 1819 in Crastino B. Laurentii martyris (11. August)



Digitized by Google

ecclesie nostre ob ipsius ecclesie Meschedensis necessitatem, nobis expositam, duximus in premissorum testimonium presentibus apponendum. Actum et datum Bunne Anno domini Millesimo trecentesimo decimo nono, dominica post assumptionem beate Marie virginis.[258])

## 577.

1319. Aug. 24. giebt Erzbiſchof Heinrich II. dem Probſte Walram zu Meſchede, auf 10 Jahre das Recht, die eröffnet werdenden Pfründen zu verleihen.

Nach dem Original im Archive des Stifts Meſchede.

*Henricus* dei gratia sancte Coloniensis Ecclesie Archiepiscopus sacri imperij per ytaliam archicancellarius Decano et Capitulo *Ecclesie Meschedensis* sue dyocesis salutem in domino, Exhibita nobis per franconem Ecclesie vestre scolasticum et procuratorem vestrum specialiter ad hoc constitutum vestra petitio continebat, quod cum propter nouitatem mutationis Ecclesie vestre olim per nos facte in ordinatione nostra inter bone memorie *Johannem*.. prepositum vestrum et vos conscriptam eidem Johanni collationem prebendarum que diebus suis vacauerunt dederimus vt eomagis circa dicte Ecclesie status conseruationem intentus esset, et quamquam nunc ipso mortuo virtute ordinationis eiusdem collatio huiusmodi ad vos videatur deuoluta, vos tamen considerantes dilecto in xpo *Walramo* nunc Ecclesie vestre.. preposito multa pro diuersorum insultibus reprimendis incumbere, qualiter Ecclesiam vestram in statu per nos ordinato teneat et conseruet, et pro hijs adimplendis per maxime in huiusmodi primitiuo Ecclesie vestre statu indigeat specialibus gratijs, vt se valeat alijs reddere gratiosum, honorem dei et Ecclesie vestre pacem ac profectum attendentes, salua tamen ex post facto in omnibus et per omnia ordinatione vestra primitiua inter vos ordinastis, vt ipse Walramus.. prepositus vester a die confirmationis sue in prepositum Meschedensem per nos facte, ad Decem annos continuos collationem prebendarum Ecclesie vestre medio tempore vacantium habeat libere et solute, Supplicantes

[258]) Das Siegel des Erzbiſchofs iſt in grünem Wachſe, das des Domkapitels aber nicht angehängt worden; obgleich dieſes in der Urkunde angegeben iſt.

Digitized by Google

nobis per dictum Scolasticum et per literas vestras, vt id, quod per vos in hac parte factum est ratificare dignaremur, supplicationibus igitur vestris ex causis supradictis inclinati ordinationem prefatam approbamus, et eidem nostram auctoritatem presentibus inpertimur, Sic tamen, quod non nisi personis habilibus et ydoneis secundum formam ordinationis primitiue easdem prebendas conferat, vt Ecclesia vestra ministris debitis non fraudetur, Supradictis autem decem annis elapsis, vel, quod absit, ipso Walramo.. preposito tempore medio decedente, vel cedente, volumus iuxta ordinationem primitiuam, huiusmodi gratia ipsi Walramo per nos facta non obstante, collationem prebendarum apud vos perpetuo remanere, nec in eadem collatione ipsi Walramo.. preposito vel eius successoribus vltra premissa quidquam juris competere vel acquiri Immo si a quoquam contrarium presumptum fuerit decernimus eo ipso irritum et inane, Cum quod ad gratiam conceditur non deceat in consequentiam trahi in preiudicium aliorum Ceterum si prefato Walramo preposito diebus suis vel ad tempus in contributione aliqua facienda eidem, ad supportandum onera officiatorum ab olim infeodatorum ab Ecclesia Meschedensi et alia, que olim abbatisse facere incumbebant, ne contra vos regressum habeant feceritis id, ne in hoc contra ordinationem primitiuam facere videantur, Cum temporalis subuentio ordinationi perpetue preiudicare non debeat vestre industrie et prouidentie duximus relinquendum, vt pensato statu Ecclesie vestre presenti propter nouitatem mutationis ipsius, id quod pro honore et statu eiusdem faciendum videritis faciatis preuia ratione, In cuius rei testimonium atque robur presentes literas sigilli nostri munimine duximus roborandas Datum anno domini Millesimo Trecentesimo decimo nono In Octaua Assumptionis beate marie virginis.[259])

## 578.

**1319. Nov. 12. Ausgleichung zwiſchen dem Cappellan des Mariengartens und dem Pfarrer der Marienkirche zur Wieſe, in Soeſt.**

Nach dem Orig. im Archive des Waiſenhauſes zu Soeſt.

Uniuersis presentes litteras uisuris et audituris. Nos Bruno

[259]) Das Siegel des Erzbiſchofs iſt zerbrochen.



Digitized by Google

dictus Make et Johannes dictus de Lunen *proconsules* et totum consilium opidi *Sosaciensis* notum facimus et publice protestamur, quod cum *Theodericus aurifaber* noster concivis dio motus affectu pro remedio anime sue ad sustentacionem infirmorum et pauperum *hospitale* quoddam infra parochiam *Sancte Marie de pratis* construxit et ibidem quandam capellam suis laboribus et expensis erexit, in qua divina officia cottidie in uno tantummodo altari celebranda sunt, nisi in posterum dominus Fredericus nunc pastor dicte ecclesie et sui successores plebani pro tempore existentes pluria altaria in ipsa capella duxerint admittenda, prefatus Theodericus propter hoc volens matri ecclesie debitam reverenciam exhibere, ne dicta capella videatur in posterum in prejudicium ipsius ecclesie constructa fore et erecta contulit de nostro consilio et assensu prefate ecclesie sancte Marie in pratis perpetuos redditus sex solidorum, quos pastor predictus et sui successores in sui juris recognitionem de domo Johannis dicti de Clotingen nostri concivis annuatim recipient temporibus affuturis, ita sane, quod cum exactio sive collecta, que vulgariter *Scat* dicitur, in nostro opido dabitur de ipsis redditibus, detur sicut de aliis sex solidorum redditibus, erit danda, Eo eciam dicte ecclesie salvo, quod infirmi et pauperes et alii homines dictum hospitale inhabitantes teneantur ad jura parochialia et quod de ipsa ecclesia eis ministrentur ecclesiastica sacramenta, in cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem ad preces dictorum domini Frederici et Theoderici sigillum opidi nostri presentibus est appensum. Actum presentibus nobis proconsulibus predictis, nec non Conrado Suelinck, Wernero Rufo, Wesenberto Hildegero de Hervorde, Henrico de Hammone, Johanne de Lunen, Arnoldo Scotten, Henrico Archim, Godescalco van Medeme, Johanne Scotten, Johanne de Honselen, Bolkino de Winda, Rodolpho de Lunen, Hermanno Cubic consulibus et toto nostro consilio Sosaciensi. Datum anno domini M°. CCC°. XIX°. feria secunda post festum beati martini episcopi.[260])

---

[260]) An der Urkunde hängt das große Petrisiegel, Gegensiegel der heil. Patroclus, mit der Umschrift: Sanctus Patroclus patronus in Sosato. (Tab. 6. Nr. 2 u. 7.) Vergl. die Urk. Nr. 584. u. 591.

Digitized by Google

## 579.

**1320. März 18. bekunden die Brüder Steffan und Conrad von Horhusen, einen vor ihnen gethätigten Pfand-Contract über Güter, mit Uebergabe und vorbehaltenem Erbzins, auch Wiederlöse.**

Nach dem Original im Stifts-Archive zu Marsberg.

Nos *Steffanus* senior et *Conradus* fratres milites dicti de *horhusen* tenore presentium publice profitemur quod in nostra presencia constituti henricus et hermannus fratres de oddenhusen de nostro speciali consensu obligauerunt, thiderico de kerptorp, meyghildi vxori sue et eorum veris heredibus duo frustra agrorum sita iuxta horhusen, quorum vnum frustrum colit vidua ludoluesce, et aliud quidam dictus ecke, pro quinque marcis denariorum mersberg soluencium titulo pignorum quiete possidenda, de quibus vero agris antedictus thidericus, et vxor sua, vel eorum heredes, nobis et nostris heredibus quolibet anno semper in festo beati dyonisii, vnum solidum denariorum mersbergensium, iure emphiteotico dabunt expedite, quorum agrorum nos et nostri heredes antedictis, thi. vxori sue et eorum heredibus vel cuicunque presentem litteram dederint vbicunque ipsis necessarium fuerit, iustam et firmam prestabimus warandiam, tali tamen adiecta conditione, quod nos et nostri heredes prefatos agros, ab eisdem, thi. de kerptorp vxori sue vel ab eorum heredibus, vel ab eo cui presens littera tradita fuerit pro predictis quinque marcis denariorum, tunc temporis mersberg soluencium quandocunque nobis placuerit imperpetuum redimendi licitam ac liberam habebimus facultatem, jn quorum testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa, datum anno domini M°. CCC°. XX°. feria tercia post dominicam qua cantatur oculi.[261])

---

[261]) Die Siegel sind zerbrochen. — Es ist hier Pfandrecht im Sinne des deutschen, nicht aber des römischen Rechts; mit förmlicher Uebergabe und Gewähr, in Form des Verkaufs auf Wiederkauf. Eichhorn deutsches Privatrecht. §. 186.

## 580.

**1320. Aug. 16. giebt Robert Graf von Virneburg, Marſchall in Weſtfalen, auf Befehl des Erzbiſchofs, den Leuten der Villa Quiſtelberg, auf 10 Jahre ein Exemptionprivileg gegen auswärtige Gerichte.**

Nach einem Copiarium des Kloſters Glindfeld.

Nos *Robertus Comes de Verneberg Marscalcus terre Westualie* recognoscimus in his scriptis publice protestantes quod de jussu et voluntate venerabilis Dni nostri, Dni Archiepi Colon. damus *homines* in *villa Quistelbery* morantes liberos à dato presentium usque ad decem annos immediate subsequentes in hunc modum quod dicti homines non debent nec possunt extra sepes dicte ville Quistelberg ad aliqua judicia seu sequelas trahi vel vocari, sed excessus suos, si quos infra sepes ejusdem ville Custelberg fecerint, secundum formam et emendam judicii quod proprie *Burgerichte* dicitur emendabunt. In hujus rei testimonium dedimus presens scriptum nostro Sigillo sigillatum. Datum anno M°. CCC°. XX°. crastino assumptionis bte virginis marie.

---

## 581.

**1320. Oct. 3. Vergleich zwiſchen dem Stift Meſchede und dem Kloſter Wedinghauſen, über den Wetterhof bei Arnsberg.**

Nach dem Orig. im Archive des Kloſters Wedinghauſen.

In nomine domini amen. Vniuersis presentes litteras visuris et audituris in perpetuum, *Walramus de Arnsberg* prepositus, Degenhardus Decanus, Franco scolasticus, totumque Capitulum *ecclesie* sancte Walburgis *in Meschede,* Coloniensis diocesis, salutem in eo qui est omnium vera salus, Cum inter alia quibus ecclesie proficiunt nichil equius et conuenientius existat, quam ut quelibet ecclesia vtatur pacifice iure suo, et in eodem quod sibi competit conseruetur, vt quo quietius a litibus solute

Digitized by Google

hii qui in eisdem presunt ecclesiis vixerint, tanto liberius diuinis quibus mancipati sunt officiis valeant deseruire, Sane ad vniuersitatis vestre notitiam cupimus peruenire, quod exorta hiis diebus post nostri Walrami predicti creationem in prepositum ecclesie Meschedensis, lite seu causa inter nos et ecclesiam nostram predictam ex vna parte, et religiosos viros Theodericum prepositum et.. *Conuentum* monasterii *in Wedinchusen* nomine monasterii sui predicti, ordinis premonstratensis, Coloniensis dyocesis, ex altera, super *curte* dicta *Wettere* sita iuxta monasterium de Wedinchusen, et attinentiis eiusdem, ex eo quod nos.. prepositus et Capitulum meschedense asseruimus, quod licet prefati.. prepositus et.. Conuentus in Wedinchusen, ipsam curtim multis annis pro certa pensione ab ecclesia meschedensi tenuissent, id tamen esset iuris nostri, quod eadem curtis ad nos et ad ecclesiam nostram tamquam vna de curtibus et possessionibus ecclesie nostre spectaret, quodque eam possemus sicut et alias curtes nostras possumus per nos ipsos tenere, vel eam alteri concedere, faciendo in hoc ecclesie nostre vtilitatem, prout et quando hoc crederemus expedire, Ipsis.. preposito et conuentu in Wedinchusen pro se et monasterio suo in contrarium asserentibus, videlicet quod ipsa curtis wettere cum suis attinentiis, per quandam, quondam abbatissam in Meschede Juttam nomine, cum consensu suorum canonicorum et canonicarum, atque ministerialium ipsorum monasterio in Wedinchusen esset pro quibusdam certis pensionibus, determinatis dandis temporibus, collata, perpetuo possidenda, quodque eandem curtim sicut predictum est a multis retroactis temporibus quorum memoria in contrarium non existit, pro certa pensione pacifice possedissent, Nobis igitur ac capitulo nostro Meschedensi cum prefato.. preposito in Wedinchusen et suo Conuentu, coram venerabili in christo patre et domino Henrico sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo in forma iudicii super premissis litigantibus, nos tandem et Capitulum nostrum Meschedense, predictorum.. prepositi et conuentus in Wedinchusen documentis et probationibus ac discretorum virorum consiliis, sufficienter instructi, ex superhabundanti, prefate curtis Wettere, predictis.. preposito et conuentui de Wedinchusen concessionem, a supradicta abbatissa Jutta factam ratificamus innouamus et approbamus bona fide, nec dicti prepositus et conuentus qui pro tempore fuerint aliquam aliam concessionem seu inuestituram a nobis.. preposito.. Decano et Capitulo Meschedensi, communiter vel diuisim optinere vel requirere teneantur, sed volumus vt ipsam curtim perpetuo quiete possideant pro hac pensione, videlicet, quod in festo beati viti, dicti.. prepositus et Con-

Digitized by Google

uentus, ecclesie nostre Meschedensi predicte *duos solidos denariorum* apud arnsberg vsualium et *vnum maldrum siliginis* mensure arnsbergensis, item in natiuitate beate virginis *maldrum tritici* eiusdem mensure, et *quatuor hamel* duos annos in etate habentes, Item in festo beati Thome apostoli, *quinque solidos* prefate monete et *decem maldra auene,* et *duos porcos* ad *latitudinem trium digitorum pingues,* item in purificatione beate virginis *quatuor porcos ad latitudinem digiti* pingues singulis annis, cuntis futuris temporibus dent et persoluant.[262]) Vt autem hec omnia et singula successoribus nostris clarius elucescant, et permaneant inconuulsa a venerabili in christo patre et domino Henrico sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo, Nos walramus prepositus et Capitulum meschedense ex parte nostra prepositus vero et conuentus in Wedinchusen ex parte sua, sigillo suo in signum sue ratificationis et consensus, vna cum sigillis nostris, hanc paginam similiter inpetrauimus communiri, in testimonium omnium premissorum, Et nos Theodericus prepositus et conuentus monasterii in Wedinchusen sub sigillis nostris que presentibus sunt appensa astringimus nos ad omnes pensiones que hucusque ecclesie Meschedensi dare consueuimus ut supradictum est certis temporibus erogandas. Et pro maiori euidentia, volumus (vt) sub eadem forma presentes littere duplicate in ecclesia meschedensi et in monasterio nostro in wedinchusen perpetuo conseruentur, Et nos Henricus dei gratia sancte ecclesie Coloniensis Archiepiscopus sacri imperii per ytaliam archicancellarius comperto superius enarrata vera esse, premissam concessionem vtrisque ecclesiis conuenire et earum vtrobique per hoc vtilitatem procurari et secundum circumstantias facti et status vtriusque loci earundem ecclesiarum conditionem emendari, ad preces.. prepositi et capituli meschedensis, ac.. prepositi et conuentus monasterii in Wedinchusen nostre dyocesis predictorum, premissa approbamus, et ea confirmamus et eisdem nostrum consensum adhibemus, in virtute sancte obedientie precipientes hec eadem prout prescripta sunt a partibus predictis suisque successoribus inuiolabiliter obseruari Sigillum nostrum in horum ampliorem firmitatem et euidentiam presentibus apponendo. Actum et datum in ambitu ecclesie Bunnensis, anno dominice incarnationis M°. CCC°. XX°. feria sexta post festum beati Remigii, presentibus Heydenrico preposito ecclesie sancti Seuerini in Colonia, Godescalo de kirberg Thezaurario

---

[262]) Vergleiche die Urkunde Band 1. Nr. 130.

Digitized by Google

ecclesie sancte marie ad gradus ibidem, Heydenrico dicto Thorch cantore ecclesie Susatiensis, Godescalco de Heringe, et Godefrido de Ruden canonicis ibidem, Johanne plebano in ostinchusen Laurencio de Medebeke canonico in widenbruge et aliis quam pluribus fide dignis.[263])

## 582.

**1321. Mai 21. überläßt Graf Ruprecht v. Virneburg, Landmarschall v. Westfalen, den Sälzern zu Werl, einen im Stadtgraben daselbst angelegten Salzbrunnen.**

Nach dem Orig. im Sälzer-Archive zu Werl.

Nos *Ropertus Comes* de *virneburg westphalie marscalcus*, Notum facimus singulis ac vniuersis presentia visuris vel audituris, quod cum in fossa Werlensi puteum salinarum effodi et purgari faceremus, hac ratione, quod ipsum puteum putauimus Reuerendo domino nostro.. Archiepiscopo Coloniensi et sue Ecclesie attinere. Tandem a multis hominibus fidedignis et discretis. qui notitiam huius rei ab antiquis temporibus habuerunt fecimus et sumus plenarie docti et funditus expediti, quod dominus noster.. archiepiscopus pre-

[263]) An der schön geschriebenen Urkunde hängen noch die Siegel des Erzbischofs, des Probsts und Convents zu Wedinghausen, an roth und gelb seidenen Strängen; die von Meschede fehlen; An einer anderen Ausfertigung in geringerer Größe, fehlen die Wedinghauser Siegel. — 1540. verlangte das Stift Meschede wieder die Abtretung des Wetterhofes, weil Wedinghausen die Geld-Abgaben bald in schlechterer Münze, bald gar nicht und eben so auch die übrigen Abgaben sehr unregelmäßig entrichtete. Wedinghausen bat deswegen bei dem Offizial zu Werl um Manutenenz. Die Sache wurde verglichen, indem Wedinghausen die näher bestimmten Abgaben künftig prompter zu entrichten versprach. Die Abgaben wurden so bestimmt: decem florenos Renenses viginti quatuor albis (quolibet albo pro sex denariis westualicis computato) tempore solutionis fiende currentibus et legalibus pro unoquoque floreno persoluendis in bona et legali moneta — in festo Thome apli — Preterea — in festo dlue Marie Magdalene quatuor oues bonas et pingues dictas hemels, duos annos ad minus in etate habentes — ad hec — decem maldra hauene et vnum maldrum siliginis frumenti bene mundati et boni. Zur Bequemlichkeit wurde noch gestattet, diese Abgaben auf andere Wedinghauser Höfe zu Wenden, Walde und Berge anzuweisen. (Nach dem Original.)

Digitized by Google

dictus vel sua dyocesis seu Ecclesia, nil juris habent in puteo memorato. scilicet quod pleno jure attinet. *hominibus salinariis* in Werle qui dicuntur *Sellere* apud volgus. Ita quod ipsi. et eorum heredes omnem suam voluntatem facere poterunt cum puteo memorato. In cuius rei Testimonium dedimus eis has litteras nostro sigillo roboratas et suffultas. Datum anno dni M°. CCC°. XX°. primo. feria quarta ante diem beati vrbani.[264])

## 583.

**1321. Juni 15. vergleichen sich die Sälzer zu Werl mit der Stadt daselbst, über die von ihnen zu zahlenden Beiträge zu Schoß und Akzise.**

Nach dem Orig. im Sälzer-Archive zu Werl.

Wi Seltere van werle op ene sit, ande wi buwlüde, ande andre borgere dar anbinnen op andre sit, dot kundich allen den ghenen, dey dissen breyf seyt, ande horet lesen, ande betughet dat oppenbarlike, dat van der scellinghe dey was vnder vns, van scothe ande van Cyse in vnser stat van werle, der wi gan waren oppe dey Erwerdighen riddere, heren hermanne van plettenbracht, heren Euerde van meninchusen ande heren Didrike van mehenrode, ande ok oppe Hartleue pyle vnsen Richtere, oppe heren brune maken, heren Godscalke van dem palsole ande oppe heren Johanne van Lunen borgere van Sost, dat wy der sind vorsceyden, sunderlike also, dat wi seltere alle dey ghene dey Saltwerk hebbent nu ande vortmer solen vorsteyren, wanne en scoth wert gesat to werle, ylich man sin soltwerk vor achte mark, were dat so dat ynich man vnder vns dat scot nicht ene gene, so solen dey Sestine dey wi gesat hebbet vnder vns, vnse amet to bewarene dar to helpen mid guden truwen, dat dey gheyne dey et geuen sal dat vt geue als en andere, Vort mer vmbe dey Cyse, dey men vns Selteren to eschede van der heffe saltes to geuene, dey sal stan van nu sunte michaheles daghe dey kompt ouer twe jar, dat ylich man van vns seltren sal geuen van der heffen saltes enen hellinck to Cyse, wanne dey twe jar vt gat, sone solen wi der Cyse nicht mer genen, ande

[264]) Das Siegel des Marschalls ist ein, mit damals seltener Vollkommenheit gestochenes Reitersiegel, in gelbem Wachse; rings umher zerbröckelt.

dey buwlude ande andre borgere, ene mogen vns ere nicht mer to eſchen. Vort mer vmbe dey andren Eyſe dey ſat is binnen werle, der ſal dey rat van werle na diſſen twen jaren macht hebben, ſetten vnd yntſettens to minerne ande to merrene, vmbe der ſtades beſte, Aller diſſer vorſprokenen deghedinghen, der bekenne wi Seltere, ande wi buwlude ande andre borgere, van werle ande hebbet darvorhe diſſen breif beſigelet ind vnſer ſtades Ingeſigele, vortmer dat et eweliken de vaſter ande de ſteder bliue, ſo hebbe wi beden, dey borgere meſter ande den rat van Soſt, dat hey ok diſſen breyf roken to ſigelne, und erre ſtädes Ingeſigele, Hir vmbe winte wi Her Johan van kywe, ande Her brun dey make borgeremeſtere van Soſt, ande dey alinghe rat gebeden ſint, van der ſtat van werle, diſſen breyf to beſigelne, ſo hebbe wi hort ere bede, ande hebbet en beſegelet mid vnſem Ingeſegele, diſſe degedinghe is geſcon ande diſſe breyf is gegeuen, an deme jare van vnſes heren godes bort, duſent dreyhundert, an deme enen ande Twintegeſteme Jare, des manendages vor ſunte Geruaſes dage.[265])

## 584.

### 1321. Dez. 11. ſtiftet Theoderich Crede den Marien-garten zu Soeſt.

Nach dem Original im Archive des Waiſenhauſes zu Soeſt.

Nos Johannes de Kywe et Bruno dictus make *proconsules* in *Sosato* et ceteri ibidem consules notum facimus singulis ac universis in hijs scriptis publice protestantes, quod cum *domus novi hospitalis ante portam beati Jacobi infra muros sosacienses* olim fundata, infirmis ibidem collectis seu colligendis propter loci inconveniencjam minus commoda videretur, discretus vir *Theodericus dictus Crede* coopidanus

---

[265]) Die Urkunde iſt zerſchnitten, die Siegel ſind abgeriſſen. Es iſt dabei bemerkt: Der Brief ſey ſpäter, als das Werler Salzwerk per aurean bullam ans Erzſtift erwachſen und den Sälzern cum inposito onere decimarum erb- und ewig geliehen worden, retradirt und caſſirt. Derſelbe diene alſo dermal nur noch dazu, das assertum der Gilden: daß die Stadt Werl origine tenus auf 4 Aemter fundirt worden, zu widerlegen, indem noch 1321 wo Werl längſt eine Stadt geweſen, von Aemtern in derſelben nichts vorkomme. Man vergleiche die unten folgenden Werler Stadtrechte von 1324. Art. 22. ſo wie die Urkunden vom Palmentage 1326 und vom 16. Januar 1382.

noster pio motus desiderio in loco dictis infirmantibus apciori domum seu *hospitale novum dictum ad ortum Sancte Marie una cum capella annexa,* de consilio consulum sosaciensium qui pro tempore fuerunt, propriis instauravit laboribus et expensis, sub hac condicione, quod dicta domus seu hospitale predictum sub regimine et gubernacione consulum Sosaciensium perpetuo permanebit, salvo tamen predicto Theoderico et ejus heredibus legitimis, quod ipse capellam predictam una cum altari in ipsa dotato cum bonis ipsius Theoderici infrascriptis, conferre possit cuicunque sibi visum fuerit expedire, sed ipso Theoderico decedente, collatio capelle et altaris predicti apud ejus veros heredes perpetuo permanebit, ita videlicet, quod senior proximus ejus heres masculus opidanus in Sosato, qui pro tempore fuerit, ea dum vacant habeat conferre, et non alius modo debito et consueto. Ceterum est condictum, quod rector divinorum altaris predicti, quicunque pro tempore fuerit, habebit pro suo commodo inferius et supra mansionem, retro coquinam dicti hospitalis, que per parietem deglebatam ab ipsa coquina est disjuncta. Redditus vero per quos dictum altare est dotatum sunt hij, qui sequuntur solvendi singulis annis ex bonis jam nominandis, videlicet ex *domo salinaria* dicta *Crevot* et ex alia parva domo sitis in *Sassendorph,* que pertinent Arnoldo masinc decem et novem solidi denariorum Sosati usualium. Item ex alia domo salinaria que quondam fuerat dicti *Batyseren* decem solidi denariorum predictorum. Item ex molendino Gobelini fabri sito inferius Sassendorpe sex modii siliginis et ordei sub pari quantitate. Item ex quinque jugeribus sitis inter Sassendorpe et Lon pertinentibus Johanni van der Hove sex modii siliginis et ordei sub pari quantitate. Et in horum omnium testimonium fecimus presentem paginam sigillo nostri opidi roborari. Actum presentibus nobis proconsulibus predictis nec non Henrico de alta porta. Syfrido de palude. Theoderico dicto capelle. Hermanno de medebeke. Johanne Scotte. Hermanno Cubec. Richardo de Suderlandia. Johanne dicto Vole. Syfrido cum pugno. Johanne de molendino. Arnoldo Wenken. Conrado deghen. Alberto de Hattorpe. Johanne de Honsole. Marquardo van den Lo. et toto consilio nostro Sosaciensi. Datum anno domini M°. CCC°. XX°. primo, feria sexta proxima ante diem beate Lucie virginis.[266])

---

[266]) An der Urkunde hängt das große Petrisiegel der Stadt Soest, Gegensiegel der heilige Patroclus. — Man vergl. die Urk. Nr. 578. u. 598.

Digitized by Google

## 585.

**1321. Dez. 30. entſcheidet Graf Wilhelm von Arnsberg, einen Streit zwiſchen dem Kloſter Oelinghauſen und den Herdringer Markgenoſſen.**

Nach dem Orig. im Archive des Kloſters Oelinghauſen.

Nos *Wilhelmus* dei gratia *Comes in Arnsberg,* Notum facimus vniuersis tenore presentium publice protestando, quod cum super Marchie iure, de *Herderinge,* inter fratrem Rutgerum prepositum, et Conuentum in *Vlinchusen* ex vna parte, nec non Godefridum dictum Vrobosen et *marchanotos* de *Herderinge,* ex parte altera, dudum coram nobis et in figura iudicii in Herderinch, quod *Holtdinch* dicitur, Conrado de Wichlo ibidem iudicio presidente, dissentio fuisset mota et materia questionis, eodem Godefrido pro se et suis marchanotis dicente, quod ecclesia in Vlinchusen de pascuis que *waldemene* seu *bewede* wlgariter appellantur, ad eandem marchiam pertinentibus, de obuencionibus eorundem eciam et prouentibus, nullam penitus deberet consequi porcionem, causam tamen legitimam quare dicta ecclesia eadem sua porcione merito careret minime pretendendo, dictus prepositus terciam partem tocius iuris marchie, cum attinenciis vniuersis, obuencionibus que *obkvme* dicuntur et aliis vtilitatibus quibuscunque, quocunque ille nomine vel nominibus censentur, ad dictum monasterium in Vlinchusen asseruit pertinere, pie recordationis, viri nobilis domini *Godefridi Comitis* quondam in *Arnsberg,* aui nostri, litteras, sub veris, stilo illo et sigillo, quos vidimus et audiuimus, in argumentum veritatis producendo, in hec verba — Es folgt jetzt die Urkunde Gottfrieds II. v. 1212.[267]) — Huius igitur dni Godefridi aui nostri vestigiis inherere cupientes, dictam etiam ecclesiam dolentes indebite molestari. litteras premissas in omni sua forma petiuimus et voluimus inuiolabiliter obseruari. Quas ad peticiones nobilis puelle *Methildis sororis nostre monealis sepedicte ecclesie in Vlinchusen* necnon totius conuentus ibidem, cum omnibus iuribus in eisdem contentis confirmamus, propter hoc sigillum nostrum ne per obliuionem futurorum dicta ecclesia valeat impediri in quolibet premissorum presentibus apponendo, Presentes autem erant examinationi et

[267]) Vergleiche Band I. Nr. 138.

approbationi earundem litterarum, dnus *Godefridus prepositus majoris ecclesie monasteriensis, frater noster,* dnus adolfus de Waltechke canonicus Trajectens. *Godefridus de Rudenberg* nobiles, Bernhardus dictus Volf, Hermannus de Ole, Godefridus de Meschede, Hermannus de plettenbrath, milites, Henricus pape de binole, Henricus dictus vrede, Conradus dictus ketelere, Theodericus de aflen, Reynherus notarius noster, Conradus kegelere, Conradus de ense, Hermannus de neyhem, Henemannus de b'dinch, Godefridus et Hermannus dicti dobere, Godefridus et Rutgerus de spirinch, et alii plures fidedigni, Fuit preterea coram nobis in figura dicti iudicii per sententiam a cunctis astantibus approbatum, iudicatum, quod sepedicta ecclesia in Vlinchusen, pro vndecim mansis infra septa curie sue manentibus, et pro quolibet eorundem, propter prescriptionem, que in premissis litteris aui nostri satis patet, de obuentionibus marchie prenotate, et iuribus eius vniuersis, certas de iure et discretas deberet et debeat semper percipere porciones, Datum autem hoc nostrum transsumptum anno dnj. M°. CCC°. XXj°. iij°. kal. Januarii[268])

## 586.

**1322. Mai 1. erlaubt Probſt Walram v. Meſchede die Erbauung eines Frauenkloſters, auf dem Haupthofe zu Waltringhauſen, durch Lucie, Wittwe des Ritters Rutger von Melrich.**

Nach dem Orig. im Archive des Patrocliſtifts zu Soeſt.

*Walramus* dei gratia prepositus, decanus et capitulum ecclesie *Meschedensis,* universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint eternam in domino caritatem. Ex parte honorabilis matrone *Lucie* vidue relicte quondam *Rutcheri* de *Meldreke* militis felicis memorie pie devotionis ducte desiderio nobis exstitit supplicatum, quod cum ipsa in fundo curtis sue in *Waltrinchusen* ad ipsam tytulo proprietatis ac dominii utilis et directi spectante, sine prejudicio parochyalis ecclesie in *Meldreke,* infra cujus limites dicta curtis in Waltrinchusen est sita, *oratorium* seu *monasterium*

[268]) Das an weißen Zwirnſträngen hangende, in gelbem Wachſe abgedruckte Siegel, iſt halb zerbrochen.

in honorem dei omnipotentis ac beate et gloriose Marie virginis matris eius ac omnium sanctorum suorum erigere seu construere desideret et intendat, in quo adjuncta sibi decenti ac devota feminei sexus caterva, sub regulari habitu per se et successores suos imperpetuum domino famulari desideret, prout ad hoc sibi divina gratia ab alto curaverit suffragari, nostrum tamquam dicte ecclesie in Meldreke patroni consensum adhibere dignaremur. Nos igitur attendentes quod ea, que sponte dei aguntur non sint sub lege neque opus, si quod ex deo fuerit dissolvi possit et ob hoc divine voluntati resistere nolentes, ob spem retributionis eterne ipsius Lucie precibus inclinati, sibi et cooperatoribus suis in hac parte, quantum in nobis est, et ad nos pertinet, concedimus et presentibus indulgemus ut in predicta curte in Walterinchusen seu eius fundo oratorium seu monasterium prout premissum est, erigant et construant, dummodo a lesione prefate parochyalis seu matricis ecclesie in Meldreke prorsus abstineant, cui nolumus per huiusmodi constructionem ac nostram indulgenciam seu concessionem in suis antiquis juribus aliqualiter derogari, cum non deceat per novarum indulgentiarum concessionem antiquis ecclesiarum iuribus preiudicia generari. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Dat. anno dom. M°. CCC°., vicesimo secundo, ipso die beator. aplor. Philippi et Jacobi.[269])

## 587.

**1322. Mai 3. erkennt Kraft von Grafſchaft die Freigrafſchaften Bigge und Rúdenberg, als wiederlösliches Lehn des Grafen Heinrich von Waldeck.**

Vollſtändig abgedruckt in Kopp's heimliche Gerichte. Urk. 72.

Nos *Crafto* de *Graschaph* nobilis — publice recognoscimus in hijs scriptis quod comitias de *Bige* et de *Rudenberg*, nobis per dominum *Heinricum* de *Waldeck* de consensu domine *Alhedis* conthoralis et omnium heredum suorum titulo feodi collatos quadringentis et quinquaginta marcis nomine reemptionis acceptis ab ipsis vel ex parte ipsorum ipsas

[269]) Das Siegel des Probſts und Capitels ſind abgefallen.

Digitized by Google

comitias eijs remittere debebimus liberas et solutas, omnibus contradictionibus procul motis. Testes — sunt etc. — Vt autem prescripta — firma permaneant presens scriptum nostri sigilli munimine dedimus communitum Ao Dni M°. CCC°. XXII. ipso die inuentionis sancte Crucis.

## 588.

**1322. Juli 28. verſprechen die von Padberg der Stadt Marsberg, daß zur Handhabung des öffentlichen Friedens, von ihnen und den Ihrigen, kein Straßenraub mehr begangen werden ſolle.**

Nach dem Orig. im Archive des Hauſes Padberg.

Datum per copiam. Nos *Fredericus* et *Gos (calcus)* fratres milites prefecti Castrorum *patberg,* nec non *Fredericus* et *Johannes* famuli fratres et filii dicti Frederici militis, notum facimus et testamur singulis et vniuersis, quod nos quatuor omnes heredes nostri et successores, serui nostri, familia nostra et illi qui morauerint in *opido nostro* et castris nostris non debemus nec volumus in strata vllo tempore auferre vel rapere Bona quecunque vel res quascunque nec ex nostris munitionibus nec in nostras munitiones infra nouum *Castrum* marsberg *(Patberg)* et *Ciuitatem* marsberg, *(Patberg)* ac infra Ciuitatem *marsberg* et villam *Dorslon,* et hoc promisimus et arbitrati sumus et promittimus et arbitramur in hijs scriptis fide data.. proconsuli.. Consulibus et omnibus Ciuibus in marsberg pro nobis, nostris omnibus heredibus tam presentibus quam futuris, seruis nostris, pro familia nostra et pro illis qui (in) nostris munitionibus et Castris habitauerint firmiter et perpetue tenere ac inuiolabiliter obseruare. Si vero nos vel nostri heredes serui nostri aut familia nostra vel illi qui habitauerint in nostro opido et castris nostris auferremus vel raperemus in strata supra nostra promissa superius scripta, extunc nos, postquam moniti fuerimus, per proconsulem et Consules in marsberg qui pro tempore fuerint infra octo dies statim marsberg intrabimus, deinde non exituri nisi prius omne illud quod ablatum esset totaliter redderetur et amice, vt iterum nos quatuor fide data promisimus et promittimus in hijs scriptis et pari manu.. proconsuli, Consulibus et omnibus ciuibus in marsberg. Istud est *inuentum* simpliciter propter *pacem* et *amicitiam* et vt nos et nostri heredes et

Digitized by Google

successores ac omnes ciues de marsberg concordes et amici maneamus nunc et semper. In horum omnium testimonium nos fredericus et Gos. milites predicti, sigilla nostra pro nobis et pro frederico ac Johanne filiis, mei frederici, militis antedicti, qui propriis adhuc carent sigillis et pro omnibus nostris veris heredibus et successoribus presentibus litteris duximus apponenda, et nos fredericus et johannes famuli jamdicti recognoscimus consentimus et testamur omnia suprascripta sub eisdem duobus sigillis cum adhuc propriis sigillis careamus. Nos quoque Engelbertus prepositus in marsberg, Thylemannus nobilis de Ittere, Conradus et Stephanus junior milites de horhusen ad notitiam omnium premissorum et ad preces dictorum quatuor de patberg sigilla nostra presentibus litteris apponebamus. Datum anno Dni M°. CCC°. vigesimo secundo feria quarta ante vincula petri. Hec copia scripta est sub sigillo maiori Ciuitatis marsberg, anno et die quibus supra.[270])

---

## 589.

**1322. Aug. 31. schenkt Gertrud, Witwe von Johann Struk, dem Pfarrer der Kirchen S. Joannis et Nicolai, dessen Kapellanen, dem Magister und Scholaren zu Rüden, eine Jahrrente von 3 Schillingen.**

Nach dem Orig. im Archive der Stadt Rüden.

Nos luthertus proconsul dictus de Anlagen, Hermannus de lon, Gobelinus Vluim, Johannes reynfridi, giselbertus de kneuelinehusen, Detmarus mekelike, Johannes stolle, Alexander Regelen, Hermannus Vnekeman, Johannes volperti, Conradus de Effle, et Hinricus filius Hermanni de dreuere, consules opidi Ruden, notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris quibus presentes contigerit intueri, quod siffridus noster conciuis Johannis dicti voge quondam filius, ex sua domo et area, cum consensu Cristine sue vxoris, Conradi, Johannis et Reymboldi suorum filiorum, et Gertrudis sue filie, vendidit

---

[270]) Das an einem abgeschnittenen und durchgezogenen Pergamentstreif gehangene Siegel ist abgefallen.



Digitized by Google

*Gertrudi* relicte quondam Johannis dicti *Struk*, pensionem trium solidorum, denariorum apud nos legalium et bonorum, quam pensionem idem Siffridus et sui heredes predicti, seu quicunque dicte domus possessores fuerint, dabunt et persoluent singulis annis et perpetualiter, districtis tamen temporibus et diuisim, decem et octo videlicet denarios in crastino beati Michahelis Archangeli, et decem et octo denarios, in crastino festi pasche, Preterea, recognoscimus quod predicta Gertrudis pensionem hujusmodi bono et pio animo vlterius legauit plebano ecclesiarum storum Johannis et nycolai in opido Ruden, et suis cappellanis, *magistro* quoque et *scolaribus*, et ipsorum posteris, perpetualiter, pro sue salute anime et suorum, vt ipsi memoriam ejusdem Gertrudis et suorum parentum singulis annis vigiliis et missis bis peragant, semel scilicet infra quindenam beati Archangeli michahelis, et semel infra quindenam post festum pasche cum prefato plebano et suis cappellanis videbitur oportunum, Ceterum predicta pensio est extorquenda, distribuenda, et taliter exponenda, cum festum beati michahelis aduenerit, quo medietas pensionis predicte, decem et octo scil. denarij sunt dandi superius vt est dictum, is qui custos ecclesie sti Johannis pro illius anni tempore fuerit, iussu et auxilio dominorum denarios hujusmodi alteprefate domus possessoribus extorquebit, quibus extortis cum memoria prima est facienda prebendam hujusmodi comparabit, duos denarios dabit pro quatuor cuneis, vnum denarium pro seruisia, quatuor denarios pro caseo siue pro assatura et hanc prebendam ad introitum misse offerret ad altare, ad offertorium vero vnum denarium, cum nono denerario luminem (sic) comparabit, completa vero missa idem custos reliquos nouem denarios ita distribuet, duobus cappellanis cuilibet duos dabit denarios, *magistro* duos, duos *scolaribus*, vnum pro suis laboribus obtinebit, similiter est faciendum cum festum pasche aduenerit, cum reliqua medietas pensionis est danda et memoria facienda, In cuius testimonium ad petitionem Gertrudis sepius dicte nostrum sigillum presentibus est appensum Actum et datum in octauo assumptionis beate virg. Anno dni M°. CCC°. vicesimo secundo.[271])

---

[271]) Von dem Original-Pergamen iſt das Siegel abgefallen.

Digitized by Google

## 590.

1322. Sept. 22. bekundet Wesel von Erwitte, die vor dem Freigerichte zu Anróchte geschehene Veräusserung eines Guts daselbst, an das Stift Gesecke.

Nach einem Copial-Buche des Stifts Gesecke.

Vniuersis presentes litteras visuris et audituris Ego *Wescelus* de *Eruethe* famulus notum esse cupio tenore presentium publice protestando quod *Johannes* dictus de *Anrochte* famulus et Olika vxor ipsius et eorum legitimi heredes scilicet Menricus Johannes Elizabet Margareta Cunegundis Sophia et Gertrudis vna cum Sophia sorore dicti Johannis (sen.) coram meo *vrigrauio Bernardo* in villa Anrochte judicio quod vvlgariter *vrigedink* dicitur presidente comparuerunt recognoscentes se vendidisse bonum suum situm in dicta villa Anrochte super beke cum omnibus attinentijs ipsius quod *jure proprietatis* hactenus possiderant venerabilibus dominabus Abbatisse et Capitulo ecclesie in *Ghesike* jure hereditario perpetuo possidendum; dictum bonum cum attinentijs ipsius in manus predictarum dominarum libere resignantes de quo bono vnum moltum annone triplicis scilicet siliginis ordei et auene equalis mensure quatuor solidi denariorum sex pulli et tres vncie ouorum annis singulis solui debent in festo beati Michaelis *ecclesie memorate*. renunciauerunt etiam dicti vendentes omnibus juribus et actionibus in predicto bono et ejusdem attinentiis ipsis in posterum de jure vel de facto competentibus coram quocunque judice libere et expresse. Hujusmodi igitur resignatione et renunciatione rite factis predictus *Bernardus* meus *vrigrauius* per dictos venditores rogatus prefatas dominas Abbatissam et Capitulum in Ghesike in dictum bonum cum omnibus attinentiis ipsius *instaurauit* et *installauit* perpetuo possidendum adhibitis ad hoc juribus et sententiis debitis et consuetis omnibus et singulis in posterum contrarium attemptantibus perpetuum silentium imponendo. promiserunt insuper Hermannus dictus de Loen et Menricus dictus de Hoinchusen predictis venditoribus facere debitam Warendiam. Actum in supra dicta villa Anrochte presentibus Ruerhardo dicto stelinch, Goschalko dicto hoyke, Hermanno dicto blodelin Conrado de Bunhoue florino de Stene et quampluribus aliis fide dignis Ne autem huiusmodi factum obliuio deleat sed potius memoria permaneat. Ego Wescelus pre-

dictus propter preces dictorum vendentium has litteras sigilli mei munimine roboraui. Datum anno domini M°. CCC°. XXII°. feria quinta ante festum Michaelis.

---

## 591.

1322. Nov. 5. nimmt der Rath zu Soeſt, die Stiftung des Marienгartens daſelbſt, in ſeinen beſonderen Schutz.

Nach dem Orig. im Archive des Waiſenhauſes zu Soeſt.

Nos Bruno dictus Make, Johannes de lunen, *magistri consulum* et ceteri consules in *Sosato,* notum facimus singulis ac universis presentes litteras visuris vel audituris, quod *novum hospitale* quod est situm in nostro opido et vocatum ad *ortum Sancte Marie* in nostram gubernacionem recepimus et tutelam, propter quod volumus et statuimus perpetuo observandum, quod consules qui pro tempore fuerint duos probos viros de suo consilio existentes, dicto hospitali preficiant, qui ipsum regant et eidem suo maturo consilio provideant, sicuti fuerit oportunum, qui duo habebunt posse plenum sibi assumendi unam vel duas probas et honestas matronas vel puellas, pro commodo et utilitate infirmorum hospitalis antedicti, et destituendi easdem, quando et quociens ipsis visum fuerit expedire, volumus insuper, quod nullus hominum ad ipsum hospitale recipiatur pro pecunia rebus et bonis aliquibus, sed quod vere pauperes et debiles sibi ipsis subvenire nequientes pure propter deum ad idem recipiantur, et in eodem ut moris est humane procurentur, qui dum tantas vires resumpserint, quod stare et ambulare valeant, amoveantur ab eodem, ut alii in locum illorum per discrecionem et providenciam illorum, quibus pro tempore commissum est, revocentur. Et in hujus rei testimonium et perpetuam observanciam jussimus sigillum nostri opidi apponi huic scripto. Actum presentibus proconsulibus predictis nec non Johanne de lunen, Richardo de Suderlande. Hermanno Cubec. Arnoldo Scotten. Theoderico de Medrike. Godscalco van den dome. Arnoldo Wenken. Johanne van der molen. Bolike van der winden. Godscalco de Hemzode. Marquardo van den Lo et toto con-

Digitized by Google

silio Susaciensi. Datum feria sexta post festum omnium sanctorum anno domini M°. CCC°. XX°. secundo.[272])

## 592.

**1323. Jan. 7. ſchenkt Gerbodo von Mülhauſen dem Stifte Marsberg, die Marken Enemûde und Wigerdinghuſen. Unter den Zeugen kommen ein Gogravius und Subjudex vor.**

Nach dem Orig. im Archive des Stifts Marsberg.

Nos Gerbodo de *mulhusen,* albertus et bertoldus filii sui, Notum facimus et testamur quod pari manu dedimus penitus domino.. preposito et Conuentui in *mersbergh* marcas nostras *Enemude wigerdinchusen,* jn campis, siluis, aquis, pascuis, piscationibus, et pratis, que habuimus in feudo a dominis.. de *padbergh* et que ipsis sunt appropriata, ab eisdem dominis de padberg, renunciauimus eciam eisdem bonis, et dimisimus ea ipsis in suas possessiones. hereditarie ac perpetue possidenda, Testes cum hec fierent astiterunt, godscalcus vdonis sacerdos, olricus de horhusen bertoldus de oddenhusen *gograuius* Gerlacus stripolbergh *subjudex* jn mersberg, sifridus de buren, hermannus vdonis, henricus de esbeke, bertoldus monetarii et Conradus junior de huxaria jn horum testimonium ego gerbodo predictus, dedi presens scriptum, pro me et filiis meis prescriptis sigillo meo sigillatum, Nos, quoque henricus dei gratia abbas in flegtorp, olricus de horhusen, hermannus et Conradus fratres de huxaria, ad noticiam premissorum, et ad preces prefatorum Gerbodonis, alberti, et bertoldi, sigilla nostra apposuimus huic scripto, Datum anno domini, M°. CCC°. XXIII°. crastino epyfanie eiusdem.[273])

---

[272]) An der Urkunde hängt das große Petri-Siegel, mit dem Gegensiegel des heil. Patroclus. (Taf. 6. Nr. 2. und 7.)

[273]) Alle 5 Siegel sind abgefallen.

Digitized by Google

## 593.

**1323. Febr. 27. verzichtet Heinrich Pape von Bynol, zu Gunsten des Klosters Oelinghausen, auf alle Pacht-, Eigenthum- u. Nutzungrechte an einem Hofe zu Altenlinne.**

Nach einem Copiarium des Klosters Oelinghausen.

Ego *henricus* dictus *pape* de *bynole* notum facio — quod cum ratione mansi in *Alden Lynne,* dicti *tho der wusten Linne,* ad ecclesiam in *Ulinchusen* cum omnibus suis juribus pertinentiis, inter — prepositum et conuentum jamdicte ecclesie ex una parte et me — ex parte altera, aliquamdiu perseuerasset materia questionis, me dicente quod locatio dicti mansi michi quodam jure pertineret, Duo preposito — quedam in contrarium asserente, tandem ego, *Methildis nobilis puelle de Arnsbergh* et aliorum quorundam amicorum meorum inductus ad hoc precibus, de voluntate, scitu et ordinatione Methildis vxoris mee, Wilhelmi, Ludowici, hermanni et hermanni filiorum meorum, Richardis filie mee, nec non Cristine vxoris Ludovici filii mei jamdicti — renuncio omni juri locationis, proprietatis et cujuslibet vtilitatis seu dominii quod michi meisque — heredibus de facto vel jure ecclesiastico vel civili, in dicto manso in Aldenlinne hactenus competere videbatur, idem in manus prepositi — in Ulinchusen liberaliter transferendo; omnibus meis predictis — consentientibus heredibus — non obstante, *quod quorundam eorum nomina ad presens decreuimus reticenda.* Quod ut ratum permaneat, sigillum meum presentibus est appensum. Testes — Datum ao Dni M°. CCC°. XXIII°. sabbato proximo ante dominicam, qua cantatur: Oculi mei.

---

## 594.

**1323. Märtz 30. vergleicht sich das Capitel zu Meschede mit mehren Bürgern der Stadt Soest, wegen der Güter zu Epsingsen.**

Nach dem Orig. im Archive der Stadt Soest.

In nomine domini amen. Universis presentes litteras visuris et audituris in perpetuum, *Walramus de Arnesbergh* pre-

Digitized by Google

positus, Deghenhardus decanus, Franco scolasticus, Totumque capitulum ecclesie sancte Walburgis in Meschede Coloniensis dioecesis, Salutem in eo qui est vera salus, Quoniam melior est pugillus cum requie quam utraque manus plenissima cum labore, Ideo nos universi et singuli cum pleno consensu omnium illorum quorum consensus in hac parte extitit requirendus, Ad honorem omnipotentis dei, ac eciam ut inter ecclesiam nostram, et discretos viros opidanos sosacienses, amicos nostros speciales pacis tranquillitas vigeat et fervor exestuet caritatis, Recognoscimus nos favorabiliter concessisse, ac eciam concedimus liberaliter per presentes, .. Relicte Reynekini dicti wonhen in Rolenchusen duos mansos, Item Johanni de Hattorpe in andopen duos mansos, Item veteri hospitali in sosato duos mansos, Item sorori henrici de aquis ibidem duos mansos, Item henrico de vroendorpe ibidem unum mansum, Item henrico went ibidem dimidium mansum, Item Johanni muschen in Ebedeschinck dimidium mansum, Item alberto muschen ibidem dimidium mansum, Item henrico dorman ibidem unum mansum et unam casam, Item Gerhardo pot ibidem unam casam, Item henrico dar achtene in Osthunen unum mansum, Item Lamberto Bare et Hermanno de werle unum mansum in Tedinchusen, Item Theoderico Vigili et Grysoni fabro dimidium mansum ibidem, Item Syfrido..... ibidem dimidium mansum, opidanis Sosaciensibus, quod ipsi et eorum posteri ac successores seu heredes legitimi perpetuis futuris temporibus hujusmodi mansos, casas et bona que possident ad curtem nostram Ebedeschink spectancia sive ab ipsa dependencia pro pensione veteri et consueta de ipsis nobis et ecclesie nostre necnon curti nostre supradicte singulis annis et certis temporibus solvi et assignari solita possidere valeant cum omnibus suis attinenciis libere et quiete. Preterea promittimus bona fide quod dum quempiam dictorum possessorum cujuscunque sexus exstiterit contigerit mori, quod neque nos seu quisquam de nobis seu quicumque alius, nostro seu ecclesie nostre nomine racione talis defuncti aliquas penitus hereditates, exuvias, vel cujusvis alia jura que vulgo *herwede* seu *Gherade* dicuntur requiremus, Et recognoscimus nos et quemlibet nostrum premissas hereditates, exuvias, herwadia, seu gherade de jure seu de quavis consuetudine requirere non posse nec debere, Adjicientes eciam quod omnis utriusque sexus proximior heres seu proximiores heredes in locum defuncti et ad possessionem bonorum huiusmodi ad predictam curtem nostram spectancium per nos liberaliter admitti debebunt, et de eisdem absque difficultate qualibet investiri, dum tamen is qui in locum defuncti taliter

Digitized by Google

constituitur, quatuor solidos monete legalis in Sosato preposito ecclesie nostre qui pro tempore exstiterit pro *investitura* integri mansi, pro investitura vero dimidii mansi duos solidos ea tantum vice qua investitur persolvat, dicta bona deinceps eo jure seu consuetudine qua defunctus ea possederat futuris et perpetuis iterum temporibus pacifice possessurus, Ut autem premissa singula et omnia perpetuis temporibus rata permaneant et inconvulsa prefatis hominibus eorumque heredibus et successoribus tradidimus presentes litteras sigillis nostri Walrami prepositi predicti et capituli prefati roboratas et sufflctas, Datum anno domini M°. CCC°. vicesimo tercio, feria tercia post dominicam qua cantatur judica.[274])

## 595.

### 1323. Juli 20. bekunden Richter und Rath zu Marsberg, den Verkauf einer halben Hufe auf Wiederkauf, mit Vorbehalt des Dungethal-Rechts.

Nach dem Original im Archive des Stifts Marsberg.

Nos Ludolfus stefani Judex, Gotfrydus snarman proconsul, Rodolfus de Clinghe Johannes de vesperde, Hermannus de attenderne, Ludolfus sprinco, Conradus de Roden, Waltherus de Brylon, Detmarus Cortier, henricus scrodere de Dorslon, Gosscalcus hauesaldi, Conradus voshol, et Johannes wale Consules Montismartis, Tenore presencium publice protestamur, quod sifridus et hildebernus filii quondam Thiderici hildeberni de consensu Cunegundis coniugis dicti hildeberni et omnium heredum suorum, necnon ex speciali consensu Thiderici dicti dazen, vendiderunt legitime ac pari manu, Gertrudi puelle dicte dazen, et eius veris heredibus, dimidium mansum, quem a Johanne dicto Criuet iure tenent *pheodali*, qui situs est iuxta *horhusen*, cum vniuersis suis iuribus et appendiciis, pro decem marcis denariorum apud nos soluencium in perpetuum iure hereditario possidendum, Justam et firmam eiusdem dimidii mansi dicte Gertrudi, et eius heredibus prefati fratres

[274]) An der Urkunde hängt in weißem Wachse das Siegel Walrams, ganze Figur, in der rechten Hand einen Palmzweig; rechts ein Schildchen mit einem Adler, links eins mit einem Löwen. Umschrift: S. Walrami de Arnsbg prepositi Meyschedensis. Das Siegel des Capitels ist abgefallen.

Digitized by Google

Sifrydus et hildebernus, ubicunque, et quandocunque ipsis fuerit necessarium, pro omni impeticione hereditaria warandyam prestituri, prout eidem Gertrudi coram nobis pari manu promiserunt, Cuius vero dimidii mansi predicta Gertrudis, a Thiderico dazen prefato, fratre suo, antea titulo emptionis, alteram dimidietatem, ad vite sue tempora, comparauit, Dicta vero Gertrudis, causa dei, specialis amoris intuitu dedit, iam dictis venditoribus et eorum heredibus, prefatum dimidium mansum insimul, pro *decem marcis denariorum* mersbergensium vel pro *quinque marcis puri argenti* si *denarii peiorati vel meliorati* fuerint, vel alteri eorum suam partem prout prescriptum est, in perpetuum quocunque tempore anni ipsis placuerit, licitam, atque liberam *reemendi* facultatem. Condictum est etiam quod si fratres predicti ambo vel alter eorum suam partem redimerint vel redimerit, extunc eadem Gertrudis vel ille, apud quemcunque ipsa eosdem agros *locauerit*, si aliqua pars dictorum agrorum *fimata* vel *stercorata* fuerit, suos labores, vel ius, quod proprie *dunghetal* dicitur,[275]) in dictis agris obtinebit, ita quod de quolibet iugero duos modios annone, in eosdem agros seminate pro tempore pagabit, atque dabit, Insuper est predictum, quod si prenarrata Gertrudis, vel eius heredes denarios suos habere voluerint, de eodem dimidio manso hoc prefatis venditoribus, vel eorum heredibus, ad tres menses notorie predicere debent, et si tunc ipsi non reemerint dictum dimidium mansum Cuicunque tunc antedicta Gertrudis vel eius heredes, istam litteram dederint, talis, eundem dimidium mansum, eodem iure, et firmitate, quo ipsa Gertrudis ipsum possiderat, absque ulla contradictione possidebit, Insuper sepedicti fratres Sifrydus et hildebernus promiserunt iam dicte Gertrudi coram nobis et in hiis scriptis promittunt pari manu, quod quandocunque ipsa litteram domini phcodi super emptione premissa, dicti dimidii mansi habere potuerit, tamen sub suis exspensis, quod hoc absque aliqua subarte vel contradictione debent consentire, et pro eo petere bona fide In quorum testimonium, ad partes sepedictorum fratrum sifrydi et hildeberni sigillum nostre Ciuitatis presentibus litteris duximus firmiter apponendum. Datum feria tercia ante Marie Magdalene. Anno domini Millesimo, Trecentesimo vigesimo tercio.[276])

---

[275]) Vergleiche die Urkunde Nr. 562.

[276]) Das Siegel ist abgefallen.

## 596.

1323. Juli 27. bekundet der Stadtrath zu Schmalenberg die Bedingungen, unter denen das Kloster Grafschaft, der Stadt die dortige Mühle überlassen habe.

Nach dem Original im Archive des Klosters Grafschaft.

Nos proconsul et consules totaque vniuersitas opidi *smalenborg* ad notitiam singulorum peruenire cupimus et presentium serie publice protestamur. Quod tenemur et dare promittimus honorabilibus viris: domino nostro abbati totique conuentui ecclesie in *grascaph* octo maldra annone que wlgariter *mvlencorn* dicitur annue pensionis de ipsorum molendino ante nostram ciuitatem sito. nobisque cum viarum suarum et aquarum transitibus et vno spatio ante paruum molendinum sito quod wlgariter *eyn werdiken* dicitur collato. in festo martini annis singulis per nos et nostros successores eo iure quod wlgariter *scultreycht* dicitur perpetue ministranda Ista tamen conditione que subsequitur media. Quod molendinarius quem nos proconsul et consules vel ciues predicti ad predictum statuerimus molendinum predictis dominis abbati et conuentui frumenta sua molere in prima sportarum suarum vacatione. oleum exprimere ceteraque opera molendinaria facere sine omni pretio debebit, contradictione qualibet non obstante, Idemque molendinarius quocunque tempore a predictis dominis vocatus vel requisitus fuerit ad ipsorum adiet monasterium ibique molendinum in ipsorum curia edificatum in suis fracturis quum poterit vna die sub eorum expensis reparabit, Insuper adiectum est, quod nos ciues predicti petita prius licentia que nobis negari non debet in loco cum curribus accessibili quem nobis abbas vel cellerarius ecclesie predicte demonstrauerint virgas et rubos secare debemus ad reparandum aque transitum vel piscinam quotiens per diluuium vel alio quolibet impedimento confringuntur. Testes qui premissis aderant sunt. Thydericus plebanus ecclesie in grascaph. Thydericus de heldene miles et hermannus ipsius filius. Thylemannus de medebeke scolaris et Johannes. serui tunc temporis domini abbatis et alii quam plures fide digni. Vt autem hoc factum robur firmitatis obtineat et in perpetuum ab omnibus nostris successoribus inviolabili perseueret presens scriptum desuper exaratum predictis dominis abbati et conuentui dedimus sigillo nostre ciuitatis vna cum sigillo decani

Digitized by Google

in worenbeke fideliter roboratum. Datum anno domini M°. CCC°. XX°. tercio sexto kalendas augusti.[277])

## 597.

**1323. Aug. 15. Vergleich zwiſchen dem Erzbiſchof Heinrich II. und Graf Heinrich v. Waldeck, über das Burglehn des Letzten zu Rüden und den Antheil des Erſten an Wetterburg.**

Nach dem Orig. im Fürſtl. Waldeckiſchen Archive zu Arolſen.

Uniuersis presentes litteras visuris et audituris. Nos *Heinricus* dei gratia sancte Coloniensis ecclesie Archiepiscopus sacri imperij per Italiam Archi Cancellarius notum facimus. Quod super discordia que inter nos ex una parte et nobilem virum *Henricum* Comitem de *Waldegge* ex altera hactinus extitit et per quam nos super pheodo Castrensi sexaginta marcarum denariorum Susaciensium annuorum reddituum sibi olim ut noster et ecclesie nostre in Castro nostro *Rudenn Castrensis* existat promissorum.[278]) Quoniam super damnis que in nostro conductu se asserit pertulisse et alijs quibuscunque mediantibus supradictis ipse Comes nobiscum est concordatus in hunc modum videlicet. Quod Castrum *Wetterburg* prope Wulfhagenn per eum constructum pro medietate cum fossatis et indagine prout hoc ipsum castrum ambrult nobis et ecclesie nostre tam iure proprietatis quam utilis dominij per nos successores nostros et ecclesiam Coloniensem perpetuo libere possidendum pro se et heredibus supportavit et donavit. Ita quod *officiatum* et *Castrenses* nostros in eodem sicut et in alijs castris nostris habere possimus et debemus, reliqua medietate dicti castri sibi remanente in qua ipse et sui heredes *officiatum* et *Castrenses* suos constituere possunt modo simili et habere hoc adiecto quod hi officiati et Castrenses inter se perpetuo tenebunt pacem, quocumque casu contingente, que vulgariter dicitur *burgfrede* juxta patrie consuetudinem consuetam in talibus observari, nec nos nec successores nostri eam ipsi comiti vel suis heredibus,

[277]) Das Siegel des Dechants zu Wormbach mit der Umſchrift: S. Gotfridi decani in Wormbike iſt in rothem, das große Siegel der Stadt Schmalenberg T. 8. Nr. 4. in weißem Wachſe abgedruckt.

[278]) Vergleiche die Urkunde Nr. 498.

nec ipse aut sui heredes cam nobis et successoribus nostris infringemus seu infringere quoquo modo nec aliquis nostrum contra alterum se iuvabit in quacunque guerra de ipso Castro nec mutuo nostros inimicos fovebimus et tenebimus in eodem absque fraude. Et ut eum et heredes suos nobis et ecclesie nostre cum ex situ Comitatus de Waldeck novum servitium et adiutorium nobis et ecclesie nostre sit perutile et munitiones nostras in terris Westphalie versus Comitatum eundem constitutas possimus absque eorum insultu quietius conservare ipsique ad earundem promotionem plus ligentur, perpetuo astringamus pro omnibus antedictis promisimus et promittimus dicto Comiti dare et persolvere deliberatione cum Capitulo nostro Colonicnsi super hoc provida prehabita octingentas marcas denariorum Susaciensium, quas sibi et heredibus suis dabimus et dare promittimus hoc modo scilicet quod eundem in proximo festo nativitatis bti Johannis baptiste ponemus seu nuntium suum quem ad hoc deputaverit in perceptionem unius grossi Turonensis teolonij nostri Bunnensis seu redituum et proventuum provenientium ex eodem de rebus ascendentibus et descendentibus in alveo reni prout nobis competivit et competere potuerunt in alijs Turonensibus qui recipiuntur nec in fraudem diminutionis reddituum eorundem aliqua eidem Comiti de dictis redditibus subtrahentur. In quorum quidem reddituum perceptione tam diu manebit et nuntium suum in expensis nostris conservabimus *sicut alios expectantes* ibidem, quousque ad bonam computationem dictas octingentas marcas perceperit de Turonensi memorato. Et si ipsum Thelonium transponi contingeret id idem percipiet ibidem sicut et in *Bunna* et quater in anno videlicet quolibet sabbato quatuor temporum dictam pecuniam que de ipso Turonensi recipitur que sub certis clavibus reservabitur famulo dicti Comitis dabitur et litere computationis et quitantia de solutis recipientur de eodem. Prefatam itaque pecuniam ipse et heredes sui habebunt in premissorum recompensam et pheodo Castrensi a nobis et ecclesia nostra in Castro nostro *Rudenn* in quo ipsum Castrense pheodum deservire ipse Comes et post eum quicunque Comes in Waldeck fuerit tenebitur et debebit. Et fient litere super eo cum narratione facti sub sigillo dicti Comitis quibus designabit certa bona hereditaria et allodialia in propinquiori loco quo potest versus terram nostram sita ad estimationem octoginta marcarum dicto pecunie que nobis et ecclesie nostre libere supportabit et a nobis et ecclesia nostra ipse et quicunque pro tempore Comes in Waldeck fuerit recipiet pro pheodo Castrensi perpetuo per ipsos et heredes suos habenda, que quidem litere super hijs

Digitized by Google

confecte in Monasterium *Graschap* ordinis sancti Benedicti nostre diocesis sigillo ipsius Comitis sigillate deponentur et nobis et ecclesie nostre per Abbatem et Conventum ibidem reddentur prefata pecunia persoluta. Huius modi vero demonstrationem bonorum ne de illis discordetur. Idem Comes faciet ad ordinationem nobilis viri *Wilhelmi* Comitis in *Arnsberg* per nos utrobique pro communi ordinatore ad hoc assumpto. Si vero ipsum Comitem, his non completis decedere contingeret nos et ipse Comes de Waldeck loco sui alium ad premissa assumimus, preterea nos et dictus Comes manebimus utrobique quilibet nostrum in suis juribus et antiquis bonis consuetudinibus pro terris nostris hinc inde in pace conservandis et tenendis. Acta sunt hec presentibus venerabili in Christo patre domino *Ludovico* Monasteriensis episcopo *Gerhardo* de *Limburg* et hoikero dicto Snuif Canonico Coloniensi *nobilibus viris* ipso *Henrico* de *Waldeck* Wilhelmo de *Arnsberg* Ruperto de *Virneburg* Henrico de Suaneberg (Sualenberg?) Comitibus, Eghardo de Helfenberg Johanne de Brobeck Godfrido de Meschede Wilhelmo dicto Roist Rabodone de Viene et alijs fide dignis. In cuius rei testimonium presentes literas nostro et Capituli nostri Coloniensis sigillis fecimus communiri. Et nos Capitulum Coloniense ad preces Reverendi in Christo patris ac domini nostri domini *Henrici* Coloniensis ecclesie Archiepiscopi sigillum ecclesie nostre in premissorum testimonium duximus presentibus apponendum. Datum Anno domini Millesimo CCC°. vicesimo tertio in die assumptionis beate Marie virginis.

---

## 598.

**1323. Aug. 29. wird die wieder aufgebauete Kapelle zu Arnsberg, der Pfarrkirche zu Wedinghausen einverleibt.**

Nach dem Orig. im Archive des Klosters Wedinghausen.

Vniuersis ad quorum notitiam litere presentes peruenient, Nos Conradus dictus Bunte magister consulum, Godescalcus iuxta portam, Richardus Sutor, Henricus dictus Creuit, Gerwinus Thome, Gobelinus dictus Rouer, Hennemannus dictus Missner, Herbordus Piscator, Wernerus dictus knop, Joannes de Vreter et Heydenricus Faber, consules totaque vniuersitas oppidanorum in *Arnsbergh*, in perpetuum recognoscimus et

Digitized by Google

notum facimus per presentes, Quod cum ad instantes preces nobilis viri Domini nostri, Domini *Wilhelmi Comitis* de *Arnsbergh* atque nostras, *Capella* nostra in oppido Arnsbergh, de nouo constructa ad diuinum cultum inibi augendum, per Venerabilem in Christo Patrem Dominum Hermannum Beliuoliensis Ecclesie Episcopum, gerentem vices in pontificalibus Reuerendi in Christo patris ac domini, Domini Henrici Ecclesie Coloniensis Archiepiscopi, de consensu pleno ac voluntate bona domini Henrici prepositi ac conuentus ecclesie in Wedinchusen, ordinis premonstratensis, quorum intererat et interest, ratione parochialis ecclesie ibidem, consecraretur tanquam filia ipsius parochialis Ecclesie, taliter inter eos Dnum Henricum prepositum ac conuentum predictos ex vna et nos ex parte altera, fuit et est conditionatum ac concordatum in hac parte, mediantibus predictis venerabili in Christo patre domino Hermanno Episcopo et domino nostro, domino Wilhelmo Comite de Arnsbergh, quod ipsa capella predicta officiari debet per aliquem de conuentu predicto et nullum alium de mundo sed administratio sacramentorum et humatio mortuorum, debet fieri in ipsa parochiali ecclesia supradicta et plane ipsa parochialis ecclesia per huiusmodi innouationem ac consecrationem capelle predicte, perpetuis temporibus in iure suo debet permanere illesa penitus et indemnis. In cuius rei testimonium ac perpetuam inuiolabilem obseruantiam, sigillum nostrum vna cum sigillis venerabilis in Christo patris domini Hermanni Episcopi, nec non nobilis viri domini nostri domini *Wilhelmi Comitis de Arnsbergh* predictorum, duximus presentibus apponendum. Nos vero Hermannus dei gratia Beliuoliensis Ecclesie Episcopus, gerentes vices in pontificalibus Reverendi in Christo patris ac domini nostri Dni. Henrici Archiepi Colon. Ecclesie, vera esse scientes ac approbantes omnia et singula premissa et nos Wilhelmus Comes de Arnsbergh ipsa ratihabentes per omnia, sigilla nostra vna cum sigillo ipsorum oppidanorum predictorum presentibus apponi fecimus ob majorem obseruantiam predictorum Datum anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo vigesimo tertio. IV°. kal. Sept.[279])

---

[279]) An der Urkunde hängen die Siegel der Stadt Arnsberg, des Weihbischofs und des Grafen Wilhelm. Es ist noch ein Transfirbrief angehängt, folgenden Inhalts: Vniuersis presentes literas visuris seu audituris Nos Henricus dictus Gyr proconsul in Arnsbergh ac tota vniuersitas ibidem, notum facimus, quod nos his terminis

## 599.

1323. Sept. 14. erlaubt Erzbiſchof Heinrich II. den Wiedergebrauch des entweiheten Kirchhofes der Nicolai-Kapelle zu Brilon, weil der Gottesacker der Mutterkirche, zur Beſtattung der Leichen allein nicht genüge.

Nach dem Orig. im Archive der Stadt Brilon.

*Henricus* dei gratia sancte Coloniensis Ecclesie Archiepiscopus sacri Imperii per Ytaliam archicancellarius plebano in *Brilon* salutem in domino. Ad minuendum quantum in nobis est fetorem inficientem populum ex multitudine defunctorum sepultorum et sepeliendorum in cymiterio matricis Ecclesie in brilon, ordinamus, vt siqui plebei decetero infra opidum Brilon decesserint in cymiterio capelle sti Nycolai in Brilon sepeliantur. Et tu si quid de ipsis tumulandis de jure parochiali prouenerit ibidem recipias id in Ecclesia matrice esses habiturus. sententiam etiam interdicti secundum statuta in ipsam capellam et cymiterium eiusdem latam Ex eo quia quidam Rutgherus nomine qui ad ipsum cymiterium confugerat, ab eodem ne maliſicia sua publica inpunita remanerent abstractus fuit in hijs scriptis relaxamus. Datum anno Dni millesimo CCC°. vicesimo tertio in die exaltationis sancte crucis.[280])

## 600.

1323. Oct. 1. giebt Erzbiſchof Heinrich II. der Stadt Medebach ein privilegium de non evocando gegen den Offizial zu Cöln und alle andere geiſtliche Richter.

Nach dem Original im Archive der Stadt Medebach.

*Henricus* dei gratia sancte Coloniensis Ecclesie Archiepis-

infrascriptis, scilicet in die beate Walburgis et in die beati Michaelis pro dote capelle oppidi nostri dare debemus et tenemur, singulis annis vnam marcam denariorum legalium in Arnsbergh, religiosis viris preposito et conuentui Ecclesie in Wedinchusen quousque eisdem redditus vnius marce bonorum denariorum, in certis redditibus emamus et faciemus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

[280]) Das Siegel iſt abgefallen.

copus — vniuersis — salutem in domino. Quia Consules et Opidani nostri in *medebeke,* nostre dyocesis, propter *guerras* et *communes infestationes,* quas ab inimicis nostre Ecclesie patiuntur et pericula viarum, non possunt adire partes Reni, jmmo *extra ipsum opidum* medebike *exire secure non possunt* et citati diuersis turbationibus afficiuntur provt nobis exposuerunt grauiter conquerentes et etiam euidentia status terre Westfalie manifestat; Nos ipsis contra premissa volentes paterna sollicitudine prouidere, vt nec ab Officiali nostro Coloniensi nec ab aliquo alio judice Ecclesiastico nobis subjecto in causis eis motis vel mouendis super debitis vel aliis quibuscunque extra ipsum opidum ad judicia euocerentur, ipsis presentibus indulgemus, volentes ut cause eorum coram nostro judice in medebike decidantur nisi forte adeo mere essent Ecclesiastice quod de sui natura iudex secularis de ipsis cognoscere non deberet. Inhibentes dictis judicibus nostris Ecclesiasticis ne ipsos Opidanos contra premissa turbent in aliquo vel molestent, dicta indulgentia ad nostra beneplacita duratura, Dantes ipsis has nostras litteras nostro sigillo sigillatas in testimonium super eo. Datum Susati anno Dni M°. CCC°. XXIII°. in die beati Remigii.[281])

## 601.

**1323. Oct. 4. erlaubt Erzbischof Heinrich II. der Stadt Soest, inner- oder außerhalb ihrer Mauern, zu den bestehenden Pfarrkirchhöfen, noch einige andere anzulegen.**

Nach dem Orig. im Archive der Stadt Soest.

***Henricus*** dei gratia sancte Coloniensis Ecclesie archiepiscopus sacri Imperii per ytaliam archicancellarius Prudentibus viris Consulibus et opidanis suis *Susaciensibus* vniuersis suis fidelibus et deuotis gratiam suam et omne bonum. Exposuistis nobis et nos ipsi etiam hijs diebus in Susato constituti experti sumus, Quod ex multitudine corporum defunctorum in cimiteriis Ecclesiarum parochialium opidi Susaciensis tantus

[281]) Das an einem abgeschnittenen und durchgezogenen Pergamenstreif gehangene Siegel ist abgefallen. Fast mit denselben Worten, ist dieses Privileg von allen folgenden Erzbischöfen, bis auf Churfürst Ernst, bestätigt worden.

Digitized by Google

ex ipsis Cimiterijs exalat fetor, Quod verosimiliter presumendum est ex tali fetore mortalitatem in ipso opido hominum adaugeri, maxime cum eadem cimiteria sint constituta in locis quibus conuersatio hominum est communior in opido memorato Verum cum huiusmodi periculis certis sit remediis obuiandum vobis indulgemus jmmo ordinamus, vt in aliquo loco vel locis dicti opidi infra muros vel extra quem vel quo ad hoc aptiorem vel aptiora esse noueritis cimiterium vnum vel duo coniuncta vel disiuncta prout hoc magis in deportandis ad sepulturam corporibus defunctorum conuenit fieri faciatis et eadem cimiteria certis limitibus distincta muniatis sicut decet in eisdem cimiteriis vt ab Episcopo nostras in pontificalibus vices gerente consecrentur presentibus concedimus facultate, defunctorum corpora communis plebis et pauperum decedentium faciendo tradi ecclesiastice sepulture. Inhibentes plebanis dicti opidi vniuersis in virtute sancte obedientie, ne quis eorum vos in premissis vel ea contingentibus presumat aliquatenus impedire, cum premissa conseruationem vite et vtilitatem hominum publicam que est priuate preferenda respiciant et inducant, Siquid tamen juris Ecclesiis parochialibus de defunctis huiusmodi competere poterit in hoc premissis saluis, eisdem Ecclesiis seu earum Rectoribus nolumus derogari, In horum testimonium et firmitatem perpetuam has nostras litteras ex hijs confectas vobis tradimus nostri sigilli munimine roboratas Datum Bunne feria quinta post diem beati Remigii anno dni millesimo trecent. vicesimo tertio.[282])

## 602.

1323. Dez. 21. Vergleich zwiſchen dem Capitel zu Meſchede, und den Gebrüdern von Meldrike, über die Renten und Abgaben des Hofes zu Horn.

Nach dem Original im Archive des Stifts Meſchede.

In nomine domini amen. Universis presentes literas visuris et audituris in perpetuum. *Wilhelmus* dei gratia prepositus, Degenhardus decanus totumque capitulum ecclesie *Meschedensis* Colon. dyocesis, salutem in eo qui est omnium vera salus. Cum ea que aguntur inter homines in tempore ex

[282]) Das große, in gelbem Wachſe abgedruckte Siegel des Erzbiſchofs iſt theilweiſe zerbröckelt.



Digitized by Google

facili subducat oblivio, nisi scripture testimonio fulciantur Ea propter ne lapsu temporis infrascripti facti memoria evanescat universitati vestre tenore presentium cupimus fore notum, quod alias exorta dissensione lite sive causa inter nos et ecclesiam nostram predictam ex una parte et honestos famulos *fredericum* et *Gerhardum* fratres de *Melderike villicos* sive *perpetuos emphitheotas curtis nostre in Hornen* ex altera super annuis pensionibus et juribus de ipsa curte in Hornen et mansis ad ipsam pertinentibus nobis et ecclesie nostre predicte conpetentibus, nobis quidem asserentibus quod de dicta curte in Hornen villici qui pro tempore fuerunt singulis annis sub alternatione, vno videlicet anno viginti marcas denariorum Sosati pro tempore legalium, et alio anno viginti unam marcas eiusdem pagamenti preter alia iura et servitia, que more antiquo dicte ecclesie nostre *wynwur* et *winschare* appellantur, *Mansionarii* vero sive *coloni* tenentes sive colentes mansos, ad ipsam curtim in Hornen spectantes, de singulis mansis, singuli singillatim pensiones in siligine et avena ab antiquo solvi consuetas, nobis et ecclesie nostre predicte solvere tenebantur, et sine contradictione qualibet hucusque persolverunt, a tempore cuius etiam in contrarium memoria non existit, dictis vero frederico et Gerhardo contrarium asserentibus, sed tandem ob spem gratie ipsis prestande intentionem nostram sponte confessi fuerunt discretorum forte instructionibus informati in argumentum defensionis sue cum instantia pretendentes, quod *propter malum* et *periculosum statum terre* dicti curtis et mansi qui nunc *incendiis* et *rapinis*, nunc *succisionibus arborum* et *lignorum*, nunc vero *depastura agrorum* et variis destructionibus possessionum ad tante desolationis dispendia devenerunt, quod quidam ex ipsis mansis penitus sunt deserti, quidam iacent inculti et aliqui tanta sterilitate affecti, quod quasi modicus fructus provenit ex eisdem, propter quod dicti villici et mansionarii sine dispendio et gravi dampno de dictis curte et mansis solvere integraliter non sufficerent nec valerent pensiones prenaratas, non iudicium sed pro aliquali diminutione annue pensionis predicte gratie amminiculum sibi gratiose impartiri postulantes. Nos igitur premissis non semel immo pluries a dictis fratribus auditis, certa die capitulari ad hoc statuta vocatisque omnibus evocandis qui debuerunt, voluerunt et potuerunt commode interesse, et solicite investigatis super hiis investigandis et consideratis considerandis quia ex relatu quam plurimum fidedignorum et precipue quarundam personarum de gremio ecclesie nostre existentium, res ita se habere invenimus quemadmodum predicti Fredericus

Digitized by Google

et Gerhardus nobis antea retulerunt diligenti inter nos prohabito consilio assumptis ad hoc nobili viro domino *Wilhelmo comite in Arnsberg* advocato et defensore (predicte[283]) ecclesie aliisque nonnullis sacerdotibus, clericis, militibus et famulis eiusdem ecclesie nostre fidelibus, in diminutione pensionum annualium predictarum, predictis villicis eorumque heredibus et successoribus inperpetuum gratiam facere volentes specialem, easdem pensiones de novo statuendo seu ordinando moderandas duximus in hunc modum, videlicet quod villici curtis nostre in Hornen predicte, eorumque heredes et successores in perpetuum ipsam curtim cum universis suis pertinentiis ab ecclesia Meschedensi jure *emphiteotico* recipere et tenere debeant prout antecessores eorum ipsam recipere et tenere hucusque consueverunt, et de ipsa curte nobis et ecclesie nostre predicte duodecim marcas denariorum Sosati pro tempore legalium duobus terminis in anno, videlicet sex marcas in festo beati Michaelis archangeli et sex marcas in festo beati Petri ad Cathedram singulis annis solvere debeant, sine contradictione qualibet expedite, nomine et iure emphiteotice pensionis, nec ultra huiusmodi pensionem iidem villici ad aliqua alia servitia nobis et ecclesie nostre inpendenda cogi debebunt aliqualiter vel artari. De mansis quoque decem et octo infrascriptis quos ex universis mansis ad dictam curtim in Horne spectantibus preelegimus ad solvendum nobis et ecclesie nostre predicte annuas pensiones, mansionarii seu coloni eorundem, singuli de singulis huiusmodi mansis quos tenuerunt vel coluerunt, annuas pensiones in avena et siligine similiter nobis et ecclesie nostre predicte, ex nunc in antea singulis annis in festis beatorum Michaelis Archangeli et Petri ad Cathedram solvere debebunt prout ab antiquo solvi consueverunt. Si vero mansionarii seu coloni huiusmodi seu aliquis vel aliqui ex eisdem ullo umquam tempore in solutione prefate pensionis negligentes quod tamen absit extiterint vel remissi, iidem villici ipsas pensiones, nobis et ad usus nostros et ecclesie nostre bona fide per se vel per familiam suam extorquere debebunt, prout hoc fieri consuevit ab antiquo. Sunt autem isti decem et octo mansi, de quibus prefata annona pensionaria est solvenda, videlicet in villa *Efflen* duo mansi, Item in *Sewerdenchusen* quatuor mansi. Item in *Scalleren* tres mansi, quorum in presenti Gerhardus unum possidet, Johannes unum et Henricus unum, Item in *Berclare* unus mansus, Item in *berenbruke* quatuor mansi, quorum Bettekinus

[283]) *predicte*, dieſes Wort iſt in der Urkunde ausgeriſſen und hier nach dem Sinne ergänzt.



Digitized by Google

tenet duos et Marquardus duos. Item in *Holthusen* duo mansi, Item in *Cleyge* unus mansus, et in *Robregthinhusen* unus mansus. Ut autem villici predicti curtis in Horne ex tunc in antea prefatas pensiones commodius et expeditius solvere valeant et ad promovendum facta seu negotia, nos et ecclesiam nostram quocunque tempore tangentia, se magis benivolos exhibeant atque promptos ipsis gratiose indulgemus, quod ipsi de reliquis mansis ad ipsam curtim pertinentibus fructus percipiant, et in ipsis *jure utilis dominii* gaudeant, ipsosque perpetuo possideant, nomine ecclesie nostre et vice nostra, *proprietate* tamen et *directo dominio* apud nos et prefatam ecclesiam nostram perpetuo remanentibus, integraliter sicut prius, Ita quod dicti villici de prefata curte et pertinentiis eiusdem universis *nichil ullo tempore umquam distrahere sive alienare debeant* absque nostri certa scientia et expresso consensu et voluntate speciali, sed tamquam *boni villici* et *fideles emphiteote* ea ad titulum et honorem ecclesie nostre predicte integraliter tenere debeant et fideliter conservare. In quorum omnium et singulorum testimonium atque firmitatem sigilla nostra una cum sigillo nobilis viri domini Wilhelmi comitis de Arnsberg ad peticionem nostram appenso presentibus duximus apponenda. Nos itaque fredericus et Gerhardus villici seu emphiteote curtis in Horne predicti, supradictam ordinationem in omnibus et singulis suis partibus pro nobis et heredibus et successoribus nostris universis in perpetuum approbantes, ipsamque cum multiplici gratiarum actione acceptantes, nos et heredes et successores nostros universos ad perpetuam ipsius observantiam bona fide firmiter obligamus, Et renuntiantes expresse in hiis scriptis omnibus exceptionibus iuris et facti et doli mali quod non possimus dicere aliter esse scriptum quam actum, ac quibusvis aliis defensionibus, que nobis vel successoribus nostris ullo umquam tempore, quod premissa minus observemus possent quomodolibet suffragari, apponentes sigilla nostra presentibus in testimonium super eo, Rogantes nihilominus Wilhelmum comitem de Arnsberg, in cuius presentia et quo mediante premissa acta sunt et ordinata nec non strenuos viros Theodericum de Meschede Wilhardum de Holthusen, fredericum de Sassendorpe, Gerhardum de Ruden et Brunstenum dictum de molendino milites, Conradum dictum Hettertat Godefridum de Ruden et Vollandum famulos, *castellanos in Ruden* ut ipsi una nobiscum presentes litteras sigillent in testimonium et ampliorem fidem omnium premissorum. Et nos Wilhelmus comes de Arnsberg predictus, quia premissa universa et singula in presentia nostra nobisque mediantibus et ad hoc bona fide

Digitized by Google

cooperantibus sic acta sunt, prout sunt supra enarrata, ad petitionem prefatorum partium sigillum nostrum ac vero milites et famuli castrenses in Ruden predicti, quia premissa sic scimus esse acta prout sunt supra scripta ad petitionem prefatorum frederici et Gerhardi famulorum, sigillum communitatis sive universitatis castrensium nostrorum in Ruden in testimonium premissorum et amplioris roboris firmitatem presentibus duximus apponenda. Datum anno domini M°. CCC°. vicesimo tertio, feria tertia post festum bte Lucie virg.[284])

## 603.

### 1324. Jan. 22. überläßt der Probſt zu St. Severin in Cöln, dem Probſte zu Oelinghauſen einige Miniſterialhörige auf Wiederruf.

Nach einem Copiarium des Kloſters Oelinghauſen.

Uniuersis presentes literas visuris nos heydenricus Dei gracia prepositus ecclesie *sancti Seuerini* colonie notum facimus, quod de discreti viri domini Rutgeri dicti moyelich monachi cappenbergensis prepositi in *Olinchusen* honestate et prudentia specialiter confidentes *homines nostros ministeriales* Engeltrudem vxorem Nycolai de holthusen, Deytwardum, henricum Ludgardum et alios ad presens liberos eorundem quia longe a nobis et juxta monasterium in Oylinchusen morantur, *custodie* et *protectioni*, vt eos in jure suo et ecclesie nostre conseruet et tueatur diebus nostris committimus per presentes, nolentes tamen per hoc nobis aut successoribus nostris in jure dictorum hominum deperire, dantes has nostras literas in testimonium super eo. Datum ao Dni M°. CCC°. vicesimo quarto. crastino beate agnetis virginis.

[284]) Von den Siegeln iſt nur noch das des Probſtes (mit dem Arnsberger Adler) das des Capitels (Tab. 10. Nr. 3.) und des Grafen von Arnsberg (T. 2. Nr. 4.) kenntlich, die übrigen ſind abgefallen. Das Siegel der Burgmänner zu Rüden iſt abgebildet T. 7. Nr. 4.

Digitized by Google

## 604.

**1324. Febr. 25. bekunden die von Werl, das in ihrer Stadt geltende Recht.**

Nach dem Original im rothen Buche der Stadt Werl.[285])

Anno domini millesimo tricentesimo ulcesimo quarto in die beati mathie apli. 1) Weret alzo dat eyn man vor richte ſtunde ande zolde eyn ordel delen. delet he dat nicht reychte he zal des anderen daghes wider komen vnde vor wedden dat ordel vor ver ſcillinchge vnn delen eyn reycht ordel. — 2) Weret dat hyr gheſte quemen eynes vrededaghes ſcloghen ze ſich ze en droften nicht mer wedden dan ver ſcillinchge deme rychtere vnde der ſtat ere reycht. — 3) Weret alzo dat eyn man bi er iuncurowe ghevangen worde de vnbeſproken were der zal he ghiuen teyn marc. eder nemen ze to echte. vnde weret al zo dat de vrent den man droteghen wolden mit der iuncurowen. ze zolden de twe halden zes weken. vnn wolde he zich nicht van der iuncurowen worken. ze zolden ze vntſcluten. vnde halden ene vor eynen vangenen man. vnn ghiuen eme eynen biker waters. vnn eyn hellinchwort brodes; — 4) Weret alzo dat de borghere eynen zot wolden laten grauen in der ſtat war ze wolden des zolden ze weldich ſin. — 5) Alle der ſelf walt de binnen der ſtat lighet dar mach de ſtat mide don wat en nutte vnn euene komet opper ſtades beſte. — 6) Wer eyn dem anderen lant af eret dar zolen de borgere bi gan, vnn weret alzo, dat er wilich widerſtrunich were dat he ver ſcillinge weddede dem richtere. nochteme zolen de borgere dat ſceden. — 7) Eyn de dem anderen warſcap louet. de zal eme halden ſine jar ut, he en moghes ener ouer gan mit guden luden. dat he wat ut ghezat hebbe; — 8) Weret alzo dat eyn man kwikg inſime korne. eder inſime hus. eder inſime garden wnde (vunde). ſcloge he dat. dar en were he deme richtere ninen broke af ſculdich. mer deme ghenne des dat kwykg ſin were — 9) Och eſt eyn vore ouer enes anderes

---

[285]) Das rothe Buch hat dieſen Namen von einem rothen Umſchlage in 4°. Es wird auch Scharfrichterbuch genannt, weil einige Scharfrichter-Kapitulationen darin ſtehen. Die erſten vier Blätter ſind von Pergament; auf ihnen ſtehen die hier abgedruckten ſtatutariſchen Beſtimmungen, welche von uns, der beſſeren Ueberſicht wegen, numerirt ſind. Die folgenden 120 Blätter ſind von dickem Papier, aber theilweiſe durch Moder ſehr beſchädigt. Sie enthalten auſſer den ſchon gedachten Kapitulationen, meiſt Protocolle und Rathſchlüſſe über vorgekommene Rechtsfälle. Sie ſind bisweilen nicht ohne Intereſſe.

Digitized by Google

mannes lant dar en were he deme richtere ninen broke af ſculdich. mer deme ghenne des dat lant zin were ghulde vnn reycht. — 10) Weret alzo dat eyn vrowe ſturue. de ere erue up borde deme zoldemen laten ſtan dat bedde alzo als it ſton des daghes do ze ſtarf. Dar horet to eyn hant dwele. vnn eyn cuſſin oppe ſime ſtol. — 11) Is it alzo dat eyn man den anderen vor volghet mit deme richte. he zal ene penden mit deme boden als eyn reycht is. dar ne heuet de richtere nicht an deme pande. — 12) Weret alzo dat eyn man ſine kindere van eme ſcapen hedde. neme he eyn wif de mochte he eruen mit ſime hus. eder mit ſime gude; — 13) Weret alzo dat eyn wif ouer ene nothtoch clagede. vnn ne kunde ninen tuchg wllen wren (vullen vuren). des mochte eyn man af komen mit ſiner vorderen hant.[286]) — 14) Weret alſo dat eyn man ſin kint be rede ſturue dat binnen iare vnn daghe deme ſoldemen dat gut half wider ghiuen ſunder eruen. — 15) Weret alſo dat dre brodere eder vere in vſer ſtat weren ſturue de eyne vnde lete dochter kindere achter vnde de brodere vor ſceden weren vnder tuſchen mit arme gude. de dochter kindere ſolden en eruen, vnn nicht de brodere — 16) Weret alzo dat eyn vſe borgere de borgheſcap vp ſigede. vnde weych vore. ſin gut in vſer ſtat mochte men nicht vredelos legget — 17) Weret alzo dat eyn vngelucke ſce in vſer ſtat van eme vnſen borgeren, eder vnſe borgere nicht en were. alzo dat he ſin lif vor broken hedde. ſin gut dat achter lete ſolden ſin eruen be halden. et en were alzo dat men nine eruen en wiſte. dat gut ſolde de ſtat halden vnder iar vnde dach, quemen dan nine eruen ſo ſolde de richtere dat gut vp boren — 18) Weret alzo dat welich man in vſer ſtat were de vnſe borgere were. de ſin gut nicht en vor ſcote, mit deme gude mach de ſtat don dat he nyn vor ſcuth wat ſe wellet. — 19) Weret alzo dat eyn man vnſe borgere wolde werden he were wolboren. aber nicht. de ſal don. dat andere vnſe borgere to reychte dot in vnſer ſtath. anders ſulen wy numende vnſe borghere ſcap doyn.[287]) — 20) Weret alzo dat wilich man.

---

[286]) Die nun folgenden Artikel ſind zu verſchiedenen Zeiten nachgetragen; ſie reichen, der Handſchrift nach zu urtheilen, bis ins fünfzehnte Jahrhundert.

[287]) Dieſer Artikel ſcheint ins Jahr 1326 zu fallen. Man vergleiche die nachher folgende Urkunde vom Palmentage jenes Jahrs. Wohlgeborne Leute waren die Burgmänner in Werl. Ihnen gegenüber ſtand die Bürgerſchaft in vier Zünften; nämlich die Sälzer, die Bäcker, die Bauleute (Ackerbürger) und die Kaufleute. Man ſehe den Art. 22. der Statutarrechte und die weiter unten folgende Urkunde Erzbiſchof Friedrichs III. vom 16. Januar 1382.

Digitized by Google

he were pape. ofte leyge. guth. eder gulde. in vnser ſtath koſte. de ſal don van deme gude. alſe andere vnſe borgere van dem arme. we des nicht en bede. den bref ſal de ſtath nicht bezighelen. — 21) Weret alzo wam men den rath ſette. dat wilich man ſich dar vt ſette. mit borgheremeſterſcap. eder borgherſcap. den ſule wi nummer vor borghere mer holden eder he en ſal dat mit nime ghelde vor beteren. — 22) Weret al zo dath men eynen rath zetten wolden. als eyn pleg zide is. den zolen de ghilde ſetten. de ghine de richte lude ſin. twe van den ſelteren. vnn twe van den beckeren. vnde twe van den bunluden vnde twe van den kopluden. diſſe achte vorbenomeden ſal men vor boden des erſten gudens dages in der vaſten. de zolen den rath ſetten des eyrſten ſunnendaghes in der vaſten na eren eden als de ſtades reycht is. were wilich vnder den achten de des nicht doyn eyn wolden de ſal der ſtath dath vor beteren mit er mark. vnde de ſal men leggen an de ſtath. — 23) Vortmer weret alzo dat eyn man ader eyn vrowe de vnſe borgere weren, in vnſer ſtat ſturuen, ere gherade eder ere herwede, dat zolde dat neyſte lif, ze weren brodere, eder ſuſtere de vnſe borghere weren in vnſer ſtat like deylen. — 24) Vortmer wer dat ſake dat eyn dem anderen ſcult gheue vor rychte eder vor den borgheren, eder vor den zeyſtinen bude dey eyn eyt, ſo eyn ſolde de andere vort den ghynen vor eyme anderen reychte vmme dey ſake nicht mehr ſculdeghen. — 25) Vortmer eyne wuſte were, wilichman ſprich dat hey dar ynne ſytte vnn jnghewerth zy, dat mot hey da bringen myt gherychte vnn myt tweyn bideruen man, vortmer wer de were be zeytten ſo meychte hey dat to bringen myt gherichte alleyne. — 26) Wilich man wyn nyder lyght in vnſer ſtat, wan dey wyn reyde is, ſo ſal dey ſtat des meychtigh weſen wan zey wilt dat dey ghine den win op ſteke, vnn des ſtades kneyghtden zulen zey zenden an dat wyn vayt, des ſal dey wynman en bi dem kneyghte ſenden ene kunne quarte, wu zey dan den win zettet alſo ſal dey wynman den win gheuen, war dey winman diſſe boyt breke, alſe dicke alſe ſchey, alſo dicke breket hey eyne mark. — 27) Weret al zo dat eyn richtere ſatet wonde dey ſal na dem daghe eyn recht richtere ſyn vnd richten dem armen alzo dem ryken vnd wel vnſe ſtad by guder alder wonede laten alze dat van heren tho heren gehat is vnd welle des vmme neynegherleye nut willen laten dar dey erde dreghen mach. — 28) Och ne ſal der richtere neyne inwerynghe doyn dan in erſlyke gude dar horen eme aff twelff pennynghe. — 29) Vortmere wert alzo dat dey vronelyde eynen peynden wel dar bort dem van veyr pennynge as hey pande leuert. — 30) Och ne ſal dey richtere neyne

gulde eder pacht beſegelen vyt huſen in vnſer ſtat buten luden geyſtelich efte wertelich. — 31) Weret alzo dat dat gerichte geheyſchet wurde van geyſteliken richteren eyngen borghere tor abſollucion to dranghen, ne boret dem richtere nycht aff wynte hey dat doyt van geborde vnn Ranghe der geyſtelyken richtere vnn officiale. — 32) Item dyt is der ſmale tol den vnſe genedige bort offte ſyn amptman. It. van enen ſtucke wyns iiij dt. It. van enem perde vorkofft wert iiij dt. It. van enem Rynde vorkofft wert ij dt. It. van enem ſwine eyn hellinck It. van enem ſchape lamme vnn kalue 1 verninck It. van enem kluwede wullen enen verninck It. van enem kouffelle enen hellinck It. van enem wagen vmme kopenſchop dey vorkopet iiij dt. It. van euer karen vmme kopeſchop ij dt. It. van enem kremer enen hellinck It. welker kremer ſynen kram fort ij dt. It. van den ſchomekere enen hellinck.

---

## 605.

1324. März 4. bekunden Richter, Bürgermeiſter und Rath zu Marsberg, die von dem Prieſter Gottſchalk Udonis geſchehene Stiftung einer Jahrrente, welche bei einer Prozeſſion zu Ehren der heiligen Maria von Flechtorf verwendet werden ſoll.

Nach dem Original im Archive des Stifts Marsberg.

Nos Ludolfus stephani *judex*, Bertoldus monetarii *proconsul*, Henricus de Esbike, Gotfrydus geilinc, Henricus de Corbike, Lodewicus Carsilius, Johannes snarman, Henricus de wigordinchusen, Hermannus Lodige, Henricus wickenrant, wesselus Cortleder, et Hermannus bleken Consules *Montismartis*, Tenore presentium publice protestamur, Quod *Godscalcus vdonis* sacerdos, bono animo et sano corpore pensionem nouem solidorum *Mersberch* vsualium denariorum, quorum quatuor habet in domo et area, que quondam fuerat Johannis de Ouerenkerken, et vnum habet in domo noua Domine dicte witgerresche, et vnum in domo et area Gerlaci kennen, nec

non tres solidos quos habet in domo arnoldi philippi que quondam fuit parui vdonis perpetue et hereditarie singulis annis semper in festo beati Michahelis, dat, legat, et conuertit ad seruitium et honorem beate virginis Marie, eo modo, quod processio dominorum nostrorum in Claustro, et.. *scolarium* cum crucibus sollempniter singulis annis occurrere debent, *beate Marie de flectorp,* quo tempore anni veniet huc Mersberch, semper extra muros nostre ciuitatis, Quam pensionem dictarum (sic) nouem solidorum, Hermannus vdonis frater eiusdem Gosscalci sacerdotis, singulis annis semper in festo Michahelis, ex domibus predictis et earumdem areis, et fundis recipiet, sicut dicti possessores dictarum domorum ipsi Hermanno vdonis dare promiserunt et singulis annis quam diu viuet tempore anni quo ymago beate virginis de flectorp venerit Mersberch, satisfacere debet de pensione prescripta, processioni supradicte. primo idem Hermannus candelam ceream de duodecim denariis comparabit, que portari debet et ardere ante ymaginem predictam, Item dabit seruis qui veniunt huc de flechtorp cum eadem ymagine, sex denarios. postea dabit.. preposito qui pro tempore fuerit in Mersberch, si ipse processioni interfuerit. quatuor denarios Mersbergh legales ac cuilibet dominorum nostrorum de Claustro, qui ipsi processioni interfuerint duos denarios, dabit *magistro scolarium* duos denarios, *scolaribus ad scolas* sex denariatas albi panis, scolaribus duobus ipsam ymaginem portantibus duos denarios, dabit domestico domus in qua ipsa ymago extra murum ponetur, duos denarios vt interim ab opere suo desistat et cesset, et quam diu eadem ymago est ibi presens, dno.. Custodi conuentus in Mersberch specialiter duos denarios, si nolas seu campanulas dat et presentat scolaribus ad pulsandum ante ymaginem predictam, Campanariis huius Ciuitatis si pulsant ad Capellam sancti Nicolay cum campanis ibi, circa ymaginem eandem duos denarios dabit Cuilibet etiam presbitero seculari seu dyacono si superpliciati huic processioni interfuerint dabit duos denarios, Si quid vero superscriptam pensionem superfuerit, secundum quod superius est expressum, hoc ipse Hermannus vdonis pro suo labore obtinebit, vnde condeterminatum est quod post mortem dicti Hermanni vdonis, ille qui fuerit vicinior heres predicti Godscalci sacerdotis, tollere debet pensionem nouem solidorum prescriptam semper in festo beati Michahelis et dare ac conuertere eam sicut supra est scriptum et sicuti Hermannus vdonis ipsam dare et conuertere debet. In horum testimonium dedimus presens scriptum ad preces antedictorum, Godscalci sacerdotis, fratris sui Hermanni et.. possessorum dictarum domorum nostro

Digitized by Google

sigillo sigillatum. Datum anno domini M°. CCC°. XXIIII°. dominica qua cantatur Inuocault. [288])

## 606.

**1324. Märtz 11. verleiht Dechant Degenhard zu Meschede, die Mühle zu Ledrike bei Brilon als Emphyteuse, an Gottfried v. der Mühlen.**

Nach dem Original im Archive des Stifts Meschede.

Nos *Degenhardus Decanus* Ecclesie *Meschedensis*, vniuersis presentia visuris et audituris publice protestamur, quod molendinum quoddam in *Ledrike* prope *Brilon* situm cum manso adiacente, quod nos hereditario jure contingit, de expresso consensu honorabilium virorum dominorum *Wilhelmi prepositi* et totius Capituli Ecclesie nostre *Meschedensis* predicte, à qua dictum molendinum cum manso predicto dependet *jure pheodali, Godefrido* filio quondam *Gereberti dicti de molendino* oppidano in Brilon et suis veris heredibus pro pensione decem et octo solidorum denariorum apud Meschede datiuorum quolibet anno in festo Beati Martini hyemalis, nobis et nostro qui pro tempore in dictis molendino et manso fuerit successori apud Meschede presentandorum, sicut pater suus predictus et predictum molendinum cum manso predicto a progenitoribus nostris tenuerunt, prout hoc in litteris super hoc confectis sigillo honorabilis domine *Agnetis* quondam *abbatisse Meschedensis* sigillatis contineri vidimus, *jure emphiteotico* in hiis scriptis assignamus et a dictis nostris progenitoribus assignatum recognoscimus, perpetuo possidendum, jta videlicet quod quamdiu dictus Godefridus et sui heredes dictam pensionem de dictis molendino et manso persoluere voluerint et potuerint, nec per nos, neo nostrum in dictis molendino et manso successorem, nec per Ecclesiam nostram Meschedensem vel eius prepositum qui pro tempore fuerit, a sepefatis molendino et manso possint vel debeant aliqualiter ammoueri. In quorum omnium testimonium et roboris firmitatem presentem litteram super hijs confectam sigillo nostro proprio vna cum sigillis honorabilium virorum dominorum wilhelmi prepositi et Capituli Ecclesie nostre meschedensis

[288]) Das an einem abgeschnittenen und durchgezogenen Pergamenstreif gehangene Siegel ist abgefallen.

Digitized by Google

ad petitionem nostram in signum ipsorum consensus presentibus appensis fecimus communiri Quod nos Wilhelmus prepositus et Capitulum Ecclesie Meschedensis predicti recognoscimus esse verum. Actum et datum, presentibus, viris discretis Jacobo plebano in Brilon Tylemanno cappellano suo. Lamberto vicario Ecclesie Meschedensis sacerdotibus, Henrico wesceli proconsule, Hermanno holthardi, Johanne de Ratelinchusen, Herbordo de wifete, Conrado de stella, Goswino sanderi, Detmaro sanderi, Gerhardo de asselen, Hermanno de vrankenbergh, Henrico de woldene, wichmanno tho den Eken, Tylemanno bureman Consulibus in Brilon et aliis quam pluribus fide dignis. Anno dnj M°. CCC°. vicesimo quarto dominica qua cantatur Reminiscere. [289])

## 607.

**1324. April 4. verkauft Bruno von Engheren, an die Brüder Wulffhard und Johann Edelkint, mehre eigene Leute.**

Nach dem Orig. in der Urk. Samml. Seibertz-Wildenberg.

Notum sit omnibus et singulis, presentia visuris et audituris, quod Ego *bruno* dictus de *Engheren* famulus, de consensu omnium heredum meorum, pro certa pecunie summa, michi tradita et soluta, vendidi rationabiliter, discretis viris, *wulffhardo* et *Johanni* fratribus dictis *Edelkint* et eorum legitimis successoribus, *homines meos,* videlicet tebelen viduam, nec non tebelen et dytmarum eius paruos, in Thunen ad presentia commorantes, *qui michi jure seruili astricti fuerant,* perpetuo possidendos et habendos jure supradicto. Et in hujus rei testimonium, proprio carens sigillo, feci presentem literam

[289]) Die Siegel des Probsts und Capitels sind abgefallen. Das des Dechants Degenhardt ist noch vorhanden. Im nämlichen Jahre in vigilia nativitat. B. M. V. (7. Sept.) verkaufen der Dechant Degenhardt und das Capitel zu Meschede: redditus decem et octo solidorum et denariorum apud Meschede pro tempore vsualium — de molendino apud Ledericke prope Brilon sito, quod molendinum Degenhardus decanus noster predictus, Ecclesie nostre perfecta donatione contulit, tollendos — Gertrudi quondam Begghine et hadewigi eius nepti dictis de Langenbike ad tempus vite sue; so daß nach dem Tode der Ersten 12 und nach dem der Letzten 6 Schill. an das Capitel zurückfallen sollen. Nach dem Original im Meschede Stift-Archive.

Digitized by Google

sigillis dni henrici de bynole militis et heynemanni Vorstenberg famuli roborari; quod nos sigillatores jam dicti recognoscimus fore verum. Testes huius rei sunt Johannes de honzeler, hermannus dictus kalcouen, conradus Eppinc, heynem. ortulanus Euerhardus bokeman et alii fide digni. Datum anno Dni M°. CCC°. XX°. quarto — feria quarta ante festum palmarum.[290])

## 608.

### 1324. Juli 31. bestimmt Erzbischof Heinrich II. das Verhältniß des Probsts zu St. Walburgis bei Soest.

Nach dem Original im Archive des Walburgisklosters.

In nomine domini. amen. *Henricus* dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per ytaliam archicancellarius. omnibus christi fidelibus presentem paginam inspecturis, seu audituris salutem in domino sempiternam. Petitionem dilectarum in christo priorisse et sanctimonialium ordinis beati augustini monasterii sancte marie et *sancte walburgis ante portas opidi sosatiensis* existentium nostre dyocesis nobis oblatam accepimus, Quod propter permutationem quam arnoldus ipsius monasterii prepositus, cum gerhardo rectore ecclesie sancti petri in Geseke de ipsa prepositura ad ecclesiam eandem nostra auctoritate, ex eorum suggestione interueniente fecerat hiis diebus, dictis sanctimonialibus in libertatibus suis ipsis a pie recordationis domino *Reynaldo* coloniensi archiepiscopo, *monasterii sui primo fundatore*, et domino *philippo* coloniensi archiepiscopo eius successore, fundationis seu inchoationis per ipsum Reynaldum de monasterio ipso facte persecutore concessis,[291]) videlicet quod nulli preterquam Coloniensi archiepiscopo pro tempore existenti, et preposito quem ex communi earum electione ipsis prefecerit, debeant subiecte esse, non modicum sit ipsis preiudicium generatum, Eo quod licet presbiter qui eis in spiritualibus et

[290]) Das Siegel Heinemanns v. Fürstenberg in gelbem Wachse, hängt noch an der Urkunde; das des Ritters v. Bynol ist abgefallen.

[291]) Vergl. die Urkunde Band I. Nr. 80. Wir haben seitdem die Original-Urkunde erhalten. Dieselbe stimmt ganz genau mit dem Abdrucke, wovon der Auszug Nr. 80. gemacht ist.

Digitized by Google

temporalibus preest, nomen prepositi habeat, tamen certos redditus non habet, nisi tantum ea, que pro sua sustentatione sibi de ipsius monasterii bonis deputantur, Qui vt beneficium perpetuum cum quo permutatio fieri possit, non possunt nec debent merito reputari, Quare sibi super hiis supplicarunt, ne in idipsum prepositus aliquis eis prefectus laborare ualeat, per nos paterna sollicitudine prouideri, Attendentes itaque hoc solum fore inter alia prouidendum, vt ea per que persone ad diuinum cultum ad quem deuote et humiliter exercendum omnia tamquam ad finem, in hac vita sunt ordinata in sua deuotione impediri possunt remoueantur, et ut pace fruentes domino valeant famulari, Quia de ueritate premissorum nos per sua priuilegia informarunt, reuocata permutatione prefata, eis vt ydoneum presbiterum, qui eis in diuinis et confessionibus audiendis, et aliis spiritualibus et temporalibus presit, et cui etiam in talibus vice nostra obediant, quociens hoc eis necesse fuerit, eligere, et nobis eum presentare, pro cura animarum sibi committenda, et institutione sua a nobis recipienda, valeant, tenore presentium indulgemus, Statuentes et ordinantes, vt nec dictus arnoldus nec aliquis presbiter, qui pro tempore pro preposito earum assumptus fuerit, cum beneficium perpetuum non censeatur, per eandem preposituram habere vt superius dicitur, ammodo cum eadem prepositura, pro aliquo alio beneficio non faciat, nec facere possit permutationem quoquo modo, Si etiam idem prepositus, ex aliquo notabili defectu, ipsi monasterio et sanctimonialibus predictis non conueniret, talem defectum ex parte dictarum sanctimonialium ad nos deferri, et iuxta exigentiam et ueritatem facti, de alio preposito, earum electione precedente eisdem volumus prouideri, Premissa omnia quia ea in ipso monasterio quadraginta annorum spacio, jmmo a tempore cuius memoria in contrarium non existit seruata invenimus, sanctimonialibus eisdem confirmamus, et volumus in perpetuum obseruari, Inhibentes in virtute sancte obedientie, et sub pena excommunicationis ne quis premissa infringat, vel ausu temerario inmutare presumat, Contrarium faciens indignationem omnipotentis dei, donec digne penituerit incurrat ipso facto, Vt autem hec perpetuis temporibus perseuerent presentes litteras ex hiis conscriptas dictis sanctimonialibus dedimus nostri sigilli munimine roboratas, Actum et datum Sosati. anno dni M°. CCC°. vigesimo quarto, In vigilia beati petri ad vincula.[292])

---

[292]) Das Siegel iſt abgefallen.

Digitized by Google

## 609.

1324. Sept. 11. fordert Erzbiſchof Heinrich II, die Pfarrer zu Attendorn, Wormbach, Eslobe und Helden auf, den Edelherrn Theoderich zu Bilſtein, zum Erſatze der gegen das Stift Meſchede, auf deſſen Hofe zu Epſingſen verübten Räubereien zu ermahnen.

Nach dem Orig. im Archive des Stifts Meſchede.

*Henricus* d. g. Col. eccles. Archieps etc. — dilectis in Christo in *Attendorne Wormbeke* in *Exsleue* et in *Heyldene* ecclesiarum rectoribus ac vniuersis ecclesiarum et capellarum rectoribus et presbyteris coloniensis dioecesis, ad quos presentes littere peruenerint, salutem in domino. Sua nobis, dilecti in Christo, prepositus, decanus et capitulum ecclesie *Meschedensis* graui conquestione monstrauerunt, quod nobilis vir *Theodericus dominus* de *Bylstein* cum suis complicibus ausu sacrilego, dei timore postposito ipsos et eorum villicum in curte eorum *Ebdeschinch* ipsorumque homines ad ipsam curtem et ecclesiam Meschedensem spectantes, manu armata inuaserit et eosdem spoliauerit equis, pecoribus et aliis rebus, eorundem quosdam de dictis hominibus captiuando et secum deducendo et adhuc captiuos detinendo in ipsorum, prepositi decani et capituli Meschedensis graue dispendium et totius ordinis clericalis obprobrium ac ecclesiastice libertatis non modicum detrimentum; quapropter ipsi ad nos habentes recursum petiuerunt sibi super premissis secundum jus et statuta ecclesie nostre Coloniensis subuenire. Vobis igitur et cuilibet vestrum in virtute sancte obedientie et sub poena suspensionis ab officio districte precipiendo mandauimus quatenus prefatum dominum de Bylsten prout super hoc requisiti fueritis, statim visis presentibus moneatis vt infra sex dies post vestram monitionem ablata predicta integraliter restituat, captiuos quitos dimittendo. Alioquin statuta ecclesie nostre Coloniensis contra captiuatores et manuum injectores in clericos et inuasores personarum et rerum ecclesiasticarum edita, secundum omnem sui modum et formam in ecclesiis locis et parochiis vestris contra prefatum dominum de Bylsten et suos in premissis complices inuiolabiliter obseruetis et mandetis obseruari. Quidquid in premissis fueritis nobis litteris vestris presentibus transfigendis rescribentes. Datum Bunne ao Domini M°. CCC°. vicesimo

Digitized by Google

quarto, feria tertia post festum natiuitatis beate Mar. virg.[293])

## 610.

**1325. März 3. schließen die Burgmännet und Städte des Herzogthums Westfalen einen gemeinen Landfrieden.**

Vollständig abgedruckt in *Hæberlin* Analecta p. 288.

In godes namen amen. Wi Godscale van Patberg ein Riddere vnde ein Ammetman des stichtis van Colne vnde wi ghemeine borchman van Ruden, van der Houestat, van Werle, van Burstenberghe, van Hallenberghe, van Almene, van Oldenvils, van Scharpenberghe vnde wi Burghemeystere vnde Rayt vnde ghemeyne Burghere van Suyst, van Brilon, van dem Berghe, van Ruden, van Geyseke, van Werle, van Beydelike, van Wayrsten, van der Kaylhart, van Attendarre, van Medebeke, van Winterberghe, van Hallenberghe. duyt kundich — dat wi mit willen vnde birade vnses Heren Bischop Henrikes van Colne vnde sines Neuen, Greuen Robbrachtes van Virneborch, des Marschalkes van Westphalen, vns to gadere verbunden vnde gheloeuet hebbet vmbe dat Beste vnde vmme vnrechte gewalt to verdriuene vnde de strate vnde de lude in deme stichte mit godes helpe to bevredene vnde to beschermene in al der wise, als hir na beschreuen is. To dem eyrsten so sal vnse heyre van Colne vnde syn stichte, zine Ammetlude, de stat van Suyst, ein iuwelic borchman vnde stat, bi irme alden rechte vnde bi irre alden wontheyt bliuen. Vortmer so en sal neymant den anderen an verdighen mit mit Roue mit brande osthe mit anderen vnrechter ghewalt, sunder ein iuwelic man, de sal syn sake vurderen mit gerichte ane dat ein iuwelic man duyt mit sinen luden vnde vppe sime gude. Weyr oyc dat inich man dit verbreke vnde begreyen wurde so sal men deme cleghere vnuertoghet richten. Weyr oyc dat ein Royf osthe ein Raeme

[293]) Das Siegel des Erzbischofs ist kaum noch zu erkennen. Ausserdem scheinen noch 4 Siegel, wahrscheinlich von den Pfarrern zur Beglaubigung der Publication, angehängt gewesen zu seyn. Es sind aber nur noch von zweien die Fragmente vorhanden.

vnſer eyme ghenoymen wurde, dat ſal men keren vnde beſchudden alzo verre als men mach. Geſche auer des nicht, ſo ſal de geyne, deym de Raeme genoymen is, alzo vort ein lantrecht vurderen ouer de ſelnen vnrechten lude. Oyc ſo ſule wi ein ghemeyne Inghefegel hebben vnde dat ſal halden io einen Mant de Rayt van Suyſt vnde den anderen Mant de Rayt van brilon, van vnſer aller weghene vnde ſo weme vnrechte ghewalt wirt ghedayn, de ſal vortuaren alze hyr vor geſchreuen is vnde ſal dan dat kundighen vnde claghen der ſtat, de dat inghefegel to der tyt heuet, ſo ſal de ſelue ſtat van vnſer aller weghene, altuhant breyne vnde boden ſenden deme ſelnen manne ofthe denſelnen luden vnde eyſchen vnde manen dat men de Raeme weder gheue vnde dat vnrecht weder do vnde koeme binnen vertindaghen to daghe vp eine leghelike ſtat vnde neime dayr dat ein Recht is. Weyr auer dat de ſelue man ofthe de ſelnen lude des nicht doyn en wulden, ſo ſal men ſe vredeloys kundighen vnde halden in allen diſſen vor ghenoymeden ſloten. Vortmer ſo we vp der ſtrate ofthe in deme lande vor einen vnrechten man vp ghehalden ofthe ghevanghen wirt, den ſal man vuren in dat neiſte ſloyt, vnde ſal dat altohant kundighen al den anderen ſloten dat de man dair ghevangen ꝛc. vnde kumet dan imant binnen vertindaghen die claghen wil, deme ſal men doyn recht gerichte. Vortmer ſo hebbe wi Her Goſchalc ꝛc. hyr to geſat vnde ghekoren dre Riddere de ſtat van Suyſt ſes man van irme Rade vnde de anderen ſteyde dre man van er aller weghene diſſe twelev man ſulen macht hebben in allen dinghen van vnſer aller weghene vnde wat ze vindet vmbe dat beſte vnde des ſe ghemeinliken ouer ein dreyhet, dat ſal manlic doyn mit guden willen alzo verre als he kan ofthe macht. Weyr oyc dat diſſen tweleuen ofthe imanne van en vppe deym weghe dar ſe reyden ofthe weren van diſſer gheloeuede weghene des god nicht enghene icht arges geſche dat ſolde vns alto male ane gayn vnde ſolden dar to duyn alze diſſer loeuede Recht is. Vortmer allet dat er diſſer gheloeuede to Roue vnde to brande kumen was, dat en ſal nimant in diſſe loeuede tyn ofthe brenghen. Vortmer de ſtat de Inghefegel heuet de ſal macht hebben diſſe tweleue de hyr to gheſat ſint to verbodene vnde daghe to lecghene wu dicke vnde vp wilcke ſtat des noyt is. Oyc ſo en ſal men neynen vredeloſen manne ofthe ſtraten Rouere in diſſe vor ghenoymeden ſloyt vrede ofthe vurwurde gheuen. Vortmer ſo gheſach vnde begunde diſſe gheloeuede vnde dit verbunt des anderen ſunnendaghes in der Vaſten du men ſchreif van godes gheburt duſent drehundert vnde vyfuntwintich Jar vnde ſal ſtayn bit ſunte Mychaeles Daghe de nu komen ſal vnde dar na ouer



Digitized by Google

ein Jar. — Vnde to eyme orckunde — hebbe wi — diſſe breyue mit vnſen jngheſeghelen beſeghelt. Diſe breyue de ſint ghegheuen vnde ghemaket to Suyſt — als hyr en bouen gheſchreuen is.[296])

## 611.

1325. Mai 6. übergiebt das Capitel zu Meſchede dem Kloſter Annenborn, das Patronatrecht über die Pfarrei Melrich.

Nach dem Orig. im Archive des Stifts Meſchede.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Vniuersis Christi fidelibus ad quos presentes littere peruenerint, Nos *Wilhelmus* d. gr. *prepositus*, decanus et capitulum *ecclesie Meschedensis* Colon. dyoces. salutem et eternam in domino caritatem — notum esse cupimus — quod nos certa die capitulari ad hoc statuta vocatisque euocandis vnanimi consensu ad laudem dei — nec non ob deuotas preces — domini nostri *Henrici* Colon. Archiepi nobis pro hoc affectuose supplicantis *jus patronatus parochialis ecclesie in Meldrike ipsamque ecclesiam* cum *capella* in *Ulde* eius appendicio et aliis juribus et pertinentiis suis vniuersis, prout hoc nostri interesse et ad nos pertinere dinoscitur contulimus et donauimus donatione perfecta inter viuos *monasterio* in *Annenborne* preposito priorisse et conuentui ad pauperum santimonialium inibi deo deseruientium subleuationem ac sustentationem et vt diuinus cultus ibidem hiis diebus deuotione fidelium ceptus firmius subsistat — ipsam ecclesiam cum jure patronatus — in prefatos prepositum priorissam et conuentum ac monasterium transtulimus imperpetuum et transferimus per presentes, vt autem hec perpetuo rata permaneant atque firma has literas — sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari, rogantes — decanum et capitulum ecclesie Susatiensis nec non — preconsules ac consules ibidem vt ipsi nobiscum sigilla sua

[296]) An der Urkunde hingen 22 Siegel, von denen 9 ganz verloren, die übrigen zum Theile verletzt waren.

Digitized by Google

presentibus apponant etc. — Dat. ao dni M°. CCC°. XXV°. in crastino ascensionis eiusdem.[295])

## 612.

1325. Juni 5. vertauscht Gottfried, Edelherr von Rüdenberg, für einen, zu seiner Freigrafschaft gehörigen Hof zu Riklingsen, ein ihm eigenthümliches Haus zu Endike, mit Bewilligung seiner Freien, in die gedachte Freigrafschaft und entläßt dagegen den Hof zu Riklingsen aus dem Freibanne.

Nach dem Orig. im Archive des Walburgisklosters.

Uniuersis presentes litteras visuris et audituris. Nos *Godefridus Nobilis* de *Rudenbergh* notum facimus jmperpetuum, Quod Cum olim honorabiles persone.. prepositus.. Priorissa et Conuentus *Monasterii sancte Walburgis*, ac ipsum Monasterium quandam aream, cui attinebant duodecim jugera agrorum jn villa *Rykelinchusen que banno nostro dicto vryegrascap sub iacebant*, habito super hoc consensu progenitorum nostrorum sub certa pensione annuatim nobis soluenda secundum priuilegia super hoc confecta pluribus retroactis temporibus tenuissent, ipsi tandem.. prepositus.. Priorissa et Conuentus hoc perpendentes quod utilis eis non esset, eorundem aree et agrorum possessio nisi meliori conditione firmaretur. Habito igitur super eo *Gertrudis vxoris* nostre, *Godefridi* et *alheydis* puerorum nostrorum, ac omni nostrorum heredum consilio et assensu, Nos *coram libera*

[295]) An rothseidenen Schnüren hingen 6 Siegel, von denen nur noch das des Probsts und Dechants von Meschede und des Magistrats von Soest theilweise vorhanden sind. Auf der Rückseite der Urkunde steht: „daß Kloster Annenborn hat zu Walteringhaußen gestanden, Kirspelß Melriche, daselbst annoch Capella s. Annae stehet vnd annoch heutigen tageß ein Born ist S. Annenborn heisshet, von dannen das Kloster für- vnd endlich in Soest fundiert, S. *Walburgis* Kloster heisshenet, so à Reverendissimo deromahlen reichligh fundiert..... Das übrige ist nicht mehr zu lesen; es bezog sich wohl auf die Incorporation des Klösterleins Annenborn mit dem St. Walburgisstift in Soest. Die Urkunde ist vollständig abgedruckt bei Pieler Nachrichten über das Stift Meschede in Wigands Archiv Band 7. Seite 29.



Digitized by Google

*nostra sede Antonio de Clotinghen vryegraulo nostro sedi judiciali presidente, Conuocatisque ibidem liberis hominibus nostre Comicie libere* ac aliis testibus fide dignis dictata et prolata ab eisdem hominibus liberis summa justa et perfecta, nos aream et agros jn Rykelinchusen predictos, prefatis.. preposito.. Priorisse et Conuentui ac Monasterio suo libertauimus et libertamus jmmo ipsa eis ab omni exactione et censu libera facimus et assignamus per presentes, Reddentes jn vero concambio pro eisdem jn bannum nostrum predictum loco et vice eorundem domum nostram propriam dictam *Svefiereshus* jn *Endyke* sitam cum suis pertinentiis, vt sicut agri et area in Rykelinchusen predicto banno nostro asstricta erant, sic virtute huiusmodi concambii domus nostra jn Endyke iam dicta que nostra fuit propria cum suis pertinentiis banno nostro asstricta deinceps inperpetuum permanebit, dictique.. prepositus.. Priorissa et Conuentus ac Monasterium sancte Walburgis aream et agros predictos siue nostra et heredum nostrorum contradictione jmpetitione aut jmpedimento quolibet perpetuis temporibus libera possidebunt, Nos quoque renuntiamus cum nostris heredibus omni juri quod nobis in dictis area et agris competebat et quoquo modo competere poterit jnfuturum, Et in huius rei testimonium et perpetuam firmitatem presentes literas dicto Monasterio et personis suis tradidimus nostro sigillo, necnon sigillo *Erenfridi* de *Bredenole* militis *nostri Consanguinei* consignatas, Actum et datum feria quarta post Octauas Penthecostes, anno domini M°. CCC°. vicesimo quinto, presentibus frederico de Borghlere et frederico dicto Sundach famulis, hildegero de heruorde juniori, Bertoldo de herborne juniori Thyderico dicto vrone, Conrado de Hammone, Johanne Coco domini.. prepositi Monasterii sancte Walburgis predicti quos omnes tamquam viros a nobis jnfeodatos admittimus vt si necesse fuerit de premissis possint perhibere testimonium veritatis.[296])

---

[296]) Beide Siegel sind noch vorfindlich und in grünem Wachse abgedruckt. Gottfried von Rüdenberg siegelt mit einem gewöhnlichen kleinen runden Siegel, Ehrenfried von Bredenol mit einem etwas größeren herzförmigen Siegel: S. Erenfridi de Bredenole militis.

Digitized by Google

## 613.

**1325. Juli 25. recognoſciren Bürgermeiſter und Rath zu Attendorn die Bedingungen, unter denen ihnen vom Abte zu Grafſchaft, ein Gut zu Lehn gegeben worden.**

Nach einem Copiarium des Kloſters Grafſchaft.

Vniuersis — nos Consules ac vniuersitas in *Attendarne* salutem — nouerint quod propter collationem fauorabilem quam nobis fecerunt — Dnus *Godefridus Abbas* totusque Conuentus Ecclesie in *Graschap*, in iuribus ac obuentionibus, que ipsi tenuerunt hactenus in Curte, quam incolunt dicti Schultet coopidani nostri, nos ipsis recompensam condignam reddere cupientes, repromittimus et recognoscimus, nos teneri ad jura et consuetudines infrascriptas, videlicet quod presentabimus eidem Dno Abbati et conuentui, virum ex nobis idoneum inpheodandum loco nostri, per ipsum ad bona prenarrata, in cuius hospitio recipient et habebunt annuatim duas procurationes, de vespere tamen solummodo sex caballos, quas si neglexerint, anno elapso requirere non debebunt. Ceterum pensionem quatuor marcarum, in Attendarne legalium, quam hactenus tenuerunt in ipsa Curte, recipient commode ab inpheodato ipsorum bonorum, duas videlicet in festo beati Martini et duas in festo beati petri ad cathedram, prout et alias plenius continetur, jure etiam patronatus Ecclesie in Attendarne, Ecclesie in Graisschap in suo vigore nichilominus per omnia reseruato, Mortuo vero inpheodato bonorum predictorum, successor eiusdem inpheodandus a nouo, dabit pro jure quod dicitur *Herwede* vnam marcam denariorum Attendarne datiuorum. Acta sunt hec presentibus viris religiosis Johanne de Lippia priore, Bernhardo thesaurario, Ludolfo cellerario, Alexandro de Heldene, Arnoldo Gograuii, Theoderico de Snellenbergh monachis, honestis viris theoderico de Heldene, Theoderico et ffrancone de Snellenbergh, Arnoldo gograuio, Adolfo et Heidenrico de Ewich, Goswino de snellenbergh famulis, et pluribus aliis fidedignis. Et ad maiorem premissorum certitudinem, sigillum nostrum duximus presentibus apponendum, Datum in die beati Jacobi Apli anno Dni M°. CCC°. XXV.

Digitized by Google

## 614.

**1325. Aug. 15. tritt Conrad v. Horhuſen ſeinem Bruder Ulrich, die Zehnten zu Hottepe, Kefflike, Aſpe u. den Somhafer zu Kefflike ab.**

Nach dem Original im Archive des Kloſters Bredelar.

Ego *Conradus* de *Horhusen* famulus tenore presentium puplice recognosco quod ego de pleno consensu omnium heredum meorum, dimisi et in hiis scriptis dimitto, *Olrico* de *horhusen* fratri meo, Cunegundi vxori sue. Johanni filio ipsorum et omnibus ipsorum veris heredibus, omne jus quod habui in decima in hottepe, ac ipsam decimam in hottepe coram nobili viro dno *henrico comiti* de *Waltecke* ore ac manu resignaui ad manus iam dicti Olricj fratris mei et heredum suorum; jtem quidquid iuris habui in bono sito in *dodinchusen* quod pater meus a *ludolfo* de *horhusen* milite comparauit, ac eciam omne ius quod habui in bono sito in *Asspe*, et in redditibus auene de *keffleke* qui in wlgo *somhauere* dicuntur, que pater meus ab olrico de Westhem milite pro debitis suis acceptauit, cum vniuersis dicte decime in hottepe et predictorum bonorum in dodinchusen, in Asspe et in keffleke iuribus et appendiciis et dicto olrico fratri meo uxori sue filio ipsorum et omnibus ipsorum veris heredibus in eorum quietam possessionem dimisi, in perpetuum hereditarie possidenda propterea ego *conradus* de *horhusen* miles, pater antedictorum Conradi et Olrici. dictam decimam in hottepe, bonum in dodinchusen, bonum in Asspe et redditus qui dicuntur somhauere eciam eidem olrico filio meo et suis heredibus in eorum quietam possessionem dimisi et dimitto per presentes. In quorum omnium testimonium ego Conradus de horhusen antedictus miles, et filius meus Conradus predictus sigilla nostra. vna cum sigillis. *Frederici domini majoris castri patberch* et *Steffani* de *horhusen* militum apposuimus huic scripto. Nos itaque Fredericus dnus de patberch et steffanus de horhusen milites prenominati, omnia prescripta sub appensione sigillorum nostrorum, que ad peticionem antedictorum. Conradi de horhusen militis et conradi filii sui presentibus sunt appensa, protestando recognoscimus esse vera. Datum anno dni M°. CCC°. XXV°. ipso die sanctissime virginis.[297])

---

[297]) An der Urkunde hängen wohl erhalten die Siegel Conrads des älteren und Jüngeren von Horhuſen, Friedrichs von Padberg und Steffans von Horhuſen. Das des jüngeren Conrads, welcher die Urkunde ausgeſtellt hat, iſt Tab. 5. Nr. 7. abgebildet.

Digitized by Google

## 615.

**1326. Febr. 23. schließen Erzbischof Heinrich II, der Landmarschall Heinrich v. Virneburg, die Städte und Burgmänner des Cölnischen Westfalen, mit der Stadt Dortmund einen Landfrieden.**

Nach einer Orig. Ausfertig. in der Urk. Samml. Seibertz-Wildenberg.

In nomine domini amen. Universis — Johannes et Hermannus fratres, *Cives in Riga,* — Recognoscimus — quod nos religiosis personis preposito priorisse et conventui monasterii *sancte Walburgis* extra muros susacienses et suo monasterio ordinis sancti augustini Coloniensis dioecesis, nec non priorisse et conventui sororum monasterii in *paradyso* apud Susatum ordinis predicatorum ejusdem dioecesis — curiam dictam *Jungelinchusen* apud Susatum in vicino sitam ad nos ex successione hereditaria per mortem alheydis dicte Hellewagene puelle. alio cognomine paghenholling appellate devolutam, et ab ecclesia coloniensi seu a villicacione susaciensi — jure pensionali dependentem — cum novem jugeribus agrorum, ad ipsam curiam extranee comparatis, pro centum et triginta

bedungen: quod fructus ipsius decime — ad vsus solius conuentus — in refectorio distribui debeant ac ad cibaria ministrari. Die Urkunde war vom Verkäufer und vom Magistrat der Stadt Schmalenberg besiegelt. (Copiar. d. Kloſt. Graſſchaft.)

Digitized by Google

una marcis denariorum Susati usualium nobis integraliter solutis — vendidimus — Ita tamen quod dicti prepositus priorissa et conventus monasterii sancte Walburgis, et dicta priorissa et conventus monasterii in paradyso, communiter in Registrum majus villicacionis susaciensis, notario villicacionis ejusdem qui pro tempore fuerit, pro pensione debita XII solidos susaciensis pagamenti et tres denarios dabunt et persolvent, temporibus debitis et consuetis, Et quod nichilominus secundum ipsius curie jus et consuetudinem antiquam, quandocumque venerabilem patrem et dominum nostrum archiepiscopum coloniensem, ad partes vestfalie venire contigerit, si extunc officiati ipsius hoc requisierint, quod villicus aut ipsius curie possessores, eis equum unum decem et octo solidos susacienses valentem, qui ad portandum *sattulum vestialem, watsak* vulgariter appellatum, sufficiat, accomodabunt et assignabunt de curia antedicta. Ita tamen quod dum ipsum dominum archiepiscopum ad Rheni ripam redire contigerit, quod ibidem idem equus willico dicte curie per officiatos remittetur. Et si remissus non fuerit, quod ex tunc dicta curia ab accomodacione ipsius equi tam diu manebit absoluta.[336]) — In hujus rei testimonium perpetuum nos Johannes et Hermannus venditores antedicti, qui propriis sigillis caremus, presentes litteras sigillis domini *Henrici de lewenberg marscalci terre westphalie qui hac vice villicacioni susaciensi prefuit,* nec non prepositure susaciensis ad causas ac gerhardi de bugge judicis *secularis* et *hereditarii* opidi susaciensis, petivimus roborari. Nos quidem Henricus de lewenberg predictus vendicionem et empcionem predictam approbantes, et in ipsam nomine domini nostri archiepiscopi predicti consencientes. Et nos Johannes lumpe viceprepositus susaciensis. ac gerhardus de bugge judex predicti, rogati, nostra sigilla — duximus apponenda. Acta sunt hec et apposicio nostrorum sigillorum facta est anno dominice incarnacionis M°. CCC°. XXX°. VIII°. In die beate agathe virginis et martyris. que fuit nonas februarii. Presentibus testibus Johanne de veteri hospitali. Johanne prebandario. etc —

---

[336]) Man vergleiche Urkunden-Buch Band 1. S. 625. Note 647.

Digitized by Google

## 659.

1338. Juni 11. bestätigt Graf Wilhelm von Arnsberg, als Lehnherr, die von Gottfried von Rüdenberg geschehene Ueberlassung des Patronatrechts über die Kapelle zu Bergstraße und seiner sämmtlichen Wiesen daselbst, an das Kloster Wedinghausen.

Nach dem Orig. im Archive des Klosters Wedinghausen.

In nomine domini amen. Nos *Wilhelmus Comes in Arnsbergh* — notum esse volumus — quod oblato nobis tamquam domino superiori per *Godefridum de Rudenbergh* famulum *jure patronatus Capelle in berstrate,* facta etiam ad manus nostras, per eundem Godefridum vasallum nostrum, — refutatione — omnium pratorum suorum sitorum ibidem apud berstrate — que quidem prata cum ipso jure patronatus, in vniuersitate bonorum feodalium prefatus Godefridus ac sui, a nobis et nostris predecessoribus tenuerant hactenus in beneficio feodali — Nos ex supplicatione eiusdem Godefridi nec non cum assensu — *Hermanni de Rudenbergh* fratris sui et *Godefridi Arnoldi Hermanni* ac *palmanie* natorum ipsius, ac omnium heredum et coheredum suorum *iam genitorum uel in posterum generandorum,* prenotatum jus patronatus ipsius Capelle in Berstrate, — transtulimus in vsum et vtilitatem., Religiosorum virorum.. prepositi et conuentus canonicorum regularium ordinis premonstratensis *Ecclesie in Arnsbergh* — prata quoque supradicta cum omnibus suis juribus, ac seruitiis, manibus nostris ex — refutatione omnium quorum intererat — vacantia, donauimus — in perpetuum allodium possidenda, amortizantes quod wlgariter dicitur *Gystet den egendom,* — ipsi Ecclesie — juri proprietatis ac seruitiis vasallitatis ratione dictorum pratorum, nobis ac nostris successoribus, tamquam dominis conpetentibus, per presentes nostras litteras — renunciamus omnino. Has et translationem ac donationem nostras *Godefrido* primogenito nostro. milite.. *Wilhelmo* preposito Ecclesie meschedensis nouo.. *Conrado* canonico Ecclesie Osnabrugensis nostris dilectis filiis et heredibus, scientibus — et ratas habentibus easdem Nos, presentes litteras nostras — inpressione sigilli nostri, vna cum sigillis dilectorum filiorum nostrorum iussimus consignari. Et nos Godefridus primogenitus. Wilhelmus Ecclesie meschedensis prepositus. ac Conradus

Digitized by Google

osnabrugensis Ecclesie Canonicus fratres prenotati, translationem juris prenotatam, et donationem pratorum cum jure proprietatis ad Ecclesiam in arnsbergh, per dictum.. dominum Wilhelmum Comitem patrem nostrum factas — gratas habemus et ratas, sigilla quoque nostra propria, in signum nostrorum voluntatis et consensus, gratificationis quoque ac ratihabitionis testimonium — post sigillum domini patris nostri, duximus appendenda, Insuper nos *Godefridus* et *Hermannus fratres de Rudenbergh* prefati, in recognitionem perpetuam, oblationis ac resignationis, ad manus honorabilis viri dni nostri. dni Wilhelmi Comitis in arnsbergh, factarum per nos liberaliter, ac et in argumentum pleni consensus nostri et heredum nostrorum, sigilla nostra presentibus litteris, post sigilla honorandorum dominorum nostrorum de arnsbergh predictorum, petiuimus applicari, Acta sunt hec presentibus et astantibus dnis, bernardo dicto Wlf dapifero nostro, Conrado de hustene, Godefrido de meschede Godefrido de hangenslede, militibus, Erenfrido quaterlant Wichardo de Ense, Waltero de Weslere, ac Johanne Scemere famulis, Godescalco filio Wichmodis, tunc tempore proconsule opidi nostri arnsbergensis, Henrico dicto Gyr, Wernero knop opidanis nostris arnsbergensibus ac aliis quampluribus fide dignis, Datum anno dni M°. CCC°. XXX°. Vij°. ipso die barnabe apostoli. in opido nostro arnsbergh antedicto.[337])

## 660.

**1338. Juni 24. Vergleich des Bürgermeisters zu Eversberg, mit den Genossen der Druver Mark, wegen Benutzung derselben.**

Nach dem Orig. im Archive der Stadt Eversberg.

Kundich sy allen luden, dey dussen breff seyt efte hort lesen,

[337]) Drei Arnsbergische und ein Rüdenbergisches Siegel hängen noch an der Urkunde; die übrigen beiden sind abgefallen. — Der eigentliche Kaufbrief Gottfrieds v. Rüdenberg ist vom nämlichen Tage. Er benennt blos das Patronatrecht über die Kapelle zu Bergstraße, wobei er renuncirt: honori, emolumento ac oneri defensionis seu aduocatie tam super bona quam super *homines ipsius capelle cerocensuales* ad me et heredes meos pertinentibus (sic) ac ceteris iuribus quibuscunque debitis patrono in sua ecclesia. Von den Wiesen, deren die vorstehende Urkunde erwähnt, ist nicht noch besonders die Rede darin.

Digitized by Google

dat ich Cord van Bovinchuſen, eyn borgermeſter tho dem Euerſberghe tho duſſer tyt, bin Eyndrechtich gheworden myt den Markenoten, dey dar hort tho der Druuer marke, vnde ſey myt my in duſſer mate, alze hir na geſcreuen ſteyt. Tho dem irſten male, dat wy dey vurg. marke leghet in eynen vrede, dat dar neyman inne ſal howen, he en doe dat myt willen der Ouerſten, dey tho der marke hort, Vortmer alze vnſe alde kore heldet, wey dat dar howe eyne velt Eck, dey ſal he betern vor Sees ſchillinge, wey dar vor bede, de ſolde ok Ses ſchillinge gheuen, Vortmer wey dar howe eyne Eck de ſtunde in dem buſſche, de ſolde he betern vor drey ſchillinge, Vortmer ſo en ſal dar neyman eynen Callic Ouen inne bernen, he en doe dat myt willen der Ouerſten, dey dar tho gheſat ſyt, Ock ſo en ſal dar neyman eynen vt Merkelinch tho ſich nemen, wey dat dede, dey ſolde den markenoten eyne mark gheuen, Ock ſo en ſal neymant eynen Callich Ouen bernen dan vmme dat vifte Jar eyns, Ock alze men heuet ghekorn drey Schner lude, dar ſal eyn Borgermeſter van dem Euerſberge tho der tyt eyn Ouerſte af weſen, vnde wat dat ſey vt doyt, dat ſolen ſey ſementliken vt doen, vnde ſolen ſementliken vpboren, wat dat dar van vellet, vnde halden dat tho ſamende, vnde ſolen dey markenoten dar van rekenen des Jares alzo dicke, alzo ſich dat ghebort, Alle duſſe vurg. artykeln vnde ſtucke dey loue wy ſementlike ſtede vnde vaſt tho haldende ſunder argeliſt, vnde hebben des tho tuchniſſe vnſer ſtat Ingeſegel veſtliche an diſſen breff ghehangen. Datum anno domini M°. CCC°. XXX°. octavo in die nativitatis Beati Johannis baptiste.[338])

## 661.

**1338. Aug. 25. befreit Erzbiſchof Walram die Nonnen zu Neuquiſtelberg von allen herrſchaftlichen Fuhren, ſowohl für den Erzbiſchof, als für den Marſchall, die Amtleute u. ſ. w.**

Nach einem Copiarium des Kloſters Glindfeld.

*Walramus* dei gratia sancte Coloniensis Ecclie Archieps sacri Imperii per Ytaliam Archicancellarius, Marschalco Westfalie ac vniuersis officiatis et castellanis nostris per

[338]) Das Siegel iſt abgefallen.

terram Westfalie constitutis, gratiam suam et omne bonum. Nos paupertati dilectarum in Christo, priorisse, conventus ac monasterii in *nouo Quistelbergh*, propter nouam structuram quam laudabiliter inchoarunt et malum statum terre quam inhabitant compatientes, ut earum orationibus adjuuemur, Vobis singulis et vniuersis sub obtentu gratie nostre inhibemus et volumus, (quod) nec curros aut equos aut alias res dicti monasterii ad vtilitatem vestram vel nostram recipiatis aut exigatis ab eisdem, nec ipse moniales id faciant ad vestram requisitionem quoquomodo, absque nostro mandato speciali. datum bunne Crastino Bartolomei Apli anno Dni M°. CCC°. XXXViij°.

## 662.

**1338. Nov. 6. verpfändet Johann von Adorp Knape, dem Kloster Bredelar den Theil der Curia in Holthusen, welcher ihm durch den Tod seines Oheims Hermann v. Drúchelte anerfallen war.**

Nach dem Orig. im Archive des Klosters Bredelar.

Vniuersis hanc literam visuris et audituris Ego *Johannes* dictus de *Adorp* famulus notum facio publice recognoscens, Quod ego matura deliberatione prehabita, de consensu fratris mei *Hermanni* et omnium heredum meorum totalem partem *curie in Holthusen* de morte mei awnculi *Hermanni* dicti de *Druchchelte* me contingentem, cum omnibus suis prouentibus, redditibus, obuentibus, juribus et pertinentiis vniuersis, et eo jure quo ipsam a nobili viro dno.. *Burggrauio de Stromberg* recepi sub forma debita et consweta, Religioso viro dno *Thiderico fratri meo quondam*.. *Abbati* tamquam principali, uel ipso non existente dno.. Abbatj et.. Conuentui Monasterij in *Breydelar* ordinis cysterciensis Paderbornensis dyocesis, pro decem marcis denariorum in Mersberg legalium, assignaui et obligaui et per presentes literas obligo et assigno possidendam pacifice ipsam et quiete, quousque dicta pecunia fratri meo domino Thiderico, uel eo non existente, Abbati et.. Conuentui in Breydelar predictis integraliter absque defectu fuerit persoluta, prefatos quoque viros religiosos in eiusdem corporalem inmittens possessionem, vbicunque etiam ipsis fuerit necessarium, prestabo firmam et debitam waran-

Digitized by Google

dyam. quod ipsis fide data firmiter promisi et promitto fide data in hiis scriptis. Renuncians omni juris auxilio in premissis Canonici et ciuilis. In horum omnium testimonium quia proprium non habeo sigillum, Contentus sum sigillis, *Hermanni* fratris mei et domini *Hermanni de Scarpenberg* militis, hiis presentibus appensis. Et nos Hermannus de Adorp famulus ac Hermannus de Scarpenberg miles predicti predictam obligationem et assignationem penitus approbantes, sigilla nostra ad preces singulares, Johannis de Adorp pretacti fratris mei primo scripti Hermanni presentibus duximus apponenda. Datum anno Dni M°. CCC°. XXX°. Viij. feria sexta post festum omnium sanctorum proxima.[339])

## 663.

**1338. Dez. 3. bestätigt Erzbischof Walram, der Stadt Hallenberg alle früheren Rechte und verleiht ihr zugleich ein Privilegium de non evocando.**

Nach dem Orig. im Archive zu Hallenberg.

Nos *Walramus* dei gratia sancte Colon. Ecclesie Archiepiscopus sacri Imperii per Italiam Archicancellarius. Notum facimus quod nos prouide considerantes fidelitatem et deuotionem opidanorum Ecclesie nostre in *Hallenberg,* quibus licet crebris turbationibus et molestiis inimicorum suorum et Ecclesie Coloniensis in finibus nostre dyocesis constituti subiaceant, eidem Ecclesie et nobis semper intrepide et feruenter astiterunt. Nos omnes et singulas gratias libertates ac bonas et laudabiles consuetudines ac priuilegia quecunque eisdem et dicto nostro opido, à felicis recordationis predecessoribus nostris Archiepiscopis Coloniensibus concessas approbatas vel indultas, ipsis prout rite et rationabiliter concesse sunt concedimus approbamus innouamus et ex certa scientia confirmamus. Preterea vt molestias predictorum inimicorum suorum et Ecclesie Coloniensis dicti opidani nostri eo tutius euadere possint quo minus extra fines suos euagando se et sua exponere habebunt periculis eorundem, ipsis vt nec à nostro officiali nec ab aliquo alio judice nobis subiecto extra dictum opidum *in jus euocari,* in causis eis mouendis, mere spiri-

[339]) Die Urkunde ist von Hermann v. Adorp und Hermann v. Scharfenberg (Padberg) besiegelt. Vergleiche Note 302. zu Urkunde 619.

tualibus et que ex sui natura per judicem nostrum in Hallenberg decidi non possunt duntaxat exceptis, valeant, presentibus indulgemus. dum tamen dictus judex noster ibidem in causis huiusmodi ciuilibus faciat iustitiam expeditam. Ad perpetuam igitur rei memoriam et premissorum euidentiam ampliorem. Sigillum nostrum duximus huic litere appendendum. Datum Hallenberg. Anno dnj millesimo trecentesimo tricesimo octauo. feria sexta post festum sancti Andree Apli.[340])

## 664.

1338. Dez. 22. macht Heinrich, Edelherr von Grafschaft, dem Erzbischof Walram, weil dieser ihm sein Burglehn zu Waldenburg vermehrt hatte, seinen Antheil der Burg Norderna, zum offenen Hause.

Nach dem Transsumpt in dem major Correaceus ruber. Nr. 327.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. Ego *Henricus de Graisschaf* armiger notum facio, quod cum Reverendus pater et dominus meus dominus *Walramus* Archiepiscopus Coloniensis in augmentationem feudi mei castrensis in *Waldenbury*, videlicet decem marcarum annuorum reddituum in officio de Waldenburg pro tempore usualium, quod ab ecclesia Coloniensi tenebam, quinque marcarum eorundem denariorum redditus michi superaddidit, deputans michi et heredibus meis huiusmodi quindecim marcarum redditus de peticione sua in districtu predicto de Waldenburg, per officiatum ibidem pro tempore, secundum pagamentum quo dicta peticio soluetur, singulis annis in festo beati Michaelis, in antea persoluendis. Quos tamen quindecim marcarum redditus ipse vel eius successores aut ecclesia Coloniensis redimere poterunt a me et heredibus meis predictis pro centum et quinquaginta marcis dictorum denariorum quandocunque id ipsis videbitur expedire. Quibus nobis solutis, nos tenebimur infra annum, quindecim marcarum eorundem denariorum redditus, eisdem in bonis nostris liberis si ea habuerimus demonstrare, Alioquin huiusmodi redditus infra dictum annum in bonis aliis liberis et

[340]) Das Siegel ist abgefallen.

allodialibus ecclesie Coloniensi bene sitis comparare et eos ipsis supportare et in feudo ab ipsis recipere et tenere, prestando more castrensium fidelitatis debitum juramentum, De quibus quidem redditibus eorundem domini mei et successorum suorum et ecclesie Coloniensis Castrensis in Waldenburg perpetuo remanebimus et feudum nostrum huiusmodi, secundum jus Castrensium tenebimur fideliter deseruire,[341]) Dictusque dominus meus pro se et suis successoribus michi permisit, quod me et heredes meos predictos in jure nostro confouebunt fideliter et in quantum de jure nostro ipsis credere voluerimus et ordinationi ipsorum stare, nos in ipso jure nostro defendeut contra quoscumque et pro nobis in jure respondebunt sine dolo. Ego tam consideratione augmentationis feudi mei predicti quam promotionis predicte prefati domini mei et successorum suorum et ecclesie Coloniensis, michi et dictis meis heredibus impendende, exnunc meo et heredum meorum predictorum nomine et pro ipsis libere et spontanea voluntate constituo et facio *partem meam Castri Norderna* liberum et apertum castrum dicti domini mei et ecclesie Coloniensis perpetuo, Sic quod ipse et sui successores ac ecclesia Coloniensis de dicta parte castri, se juuare poterint sine contradictione mea vel heredum meorum quacunque, contra omnem hominem, domino nostro à quo dictum castrum tenemus[342]) dumtaxat excepto, Promittens pro me et heredibus meis prout supra, quod dictum dominum meum Archiepiscopum Coloniensem, suos successores et ecclesiam Coloniensem ac ipsorum officiatos ad eorumdem requisitionem ad dictum castrum admittemus eos in eodem receptantes et tenentes tanquam ad ipsorum liberum et apertum castrum quociens et quandocumque ipsis fuerit oportunum, quodque ipsis et eorum hominibus et sub-

---

341) Fast mit denselben Worten und unter ganz gleichen Bedingungen, reversiren auf Nicolai (6. Dez.) 1338 Heinemann und Ludolf von Dorfeld dem Erzbischof Walram, jeder in einer besonderen Urkunde, ein Burglehn von 4 Mark Soester Pfennige, zahlbar aus der Herbstbeede von Winterberg und ablösbar mit 40 Mark. Die beiden Burgmänner versprechen es zu verdienen: debitam residentiam in Opido *Medebike* faciendo et custodie ac defensioni dicti opidi et opidanorum ibidem jurisumque et bonorum eorundem fideliter intendendo, necnon contra hostes et invasores ipsorum et Ecclesie Coloniensis, Mareschalco Westfalie vel officiato in Medebeke pro tempore existentibus, cum dictis Opidanis quociens necesse fuerit sequelam debitam faciendo. Sie machen sich zugleich verbindlich, in dem Falle, wenn der Erzbischof innerhalb des Gerichts Medebach ein besonderes Castrum bauen lassen möchte, in diesem als Besatzung zu dienen.

342) Lehnherr von Norderna, war der Graf von Waldeck. Vergleiche Urkunde Nr. 639.

Digitized by Google

ditis nulla dampna de eodem castro in antea fieri permittemus, dolo et fraude exclusis penitus in premissis. In quorum testimonium sigillum meum pro me et heredibus meis predictis duxi huic littere appendendum. Datum Ruden anno Dni M°. CCC°. XXX octauo. Crastino beati Thome Apli.

## 665.

### 1338. Güter-Verzeichniß des Grafen Gottfried IV. von Arnsberg.

Nach ein. Abschr. d. Orig. in der Urk. Samml. Seibertz-Wildenberg.[343])

Hec sunt bona *feodalia* que tenentur a Dno *Godfrido de Arnsberg* quibus idem Dnus Comes suos infeodauit.

1) Primo *Siffridus Comes de Wittgenstene* decimam in *Medebeke* et dicit quod teneat in feodo omnes homines cujuscunque conditionis sint qui in cometia sua habitant et recesserunt a Comite de Arnsberg quilibet ipsorum jure suo. bona feodalia[344]) — 2) Item *Dnus Rorich de Otenkinchbagh* nobilis duas curias in *ouwe* et duas curias in *merhammer* cum pertinentiis ipsarum bona feod. — 3) It. *Bertoldus de Buren* nobilis dictus *de Wivelsborg* decimam in *Deyboldinghusen*, decimam in *Vesperde* et curiam in *Keldinchusen* in parochia *Langenstrot*, duas curias in *Zylbeke* duas curias in *Withinodeberge* et II curtes in *Heldinchusen* b. f. — 4) It. Dnus *Heynemannus dnus de Ittere* fuit infeodatus sed non nominauit bona — 5) It. *Ernestus* nobilis *de Odenkenbagh* bona in *ouwe* cum uniuersis attinentiis sita super flumen dictum *syghe* in parochia *Hammer* in Cometia de *seyne* b. f. — 6) It. Dnus *Johannes de Bilstene* uniuersa bona illa que *Hense in Aldbom* tenet ab eo in villa *Aldbom*, *forestum* vulgariter dictum *Wiltban* in *Veisce*, Aduocatiam ibidem, in *ebdescinghen*, Aduocatiam in *scap-*

[343]) Man vergleiche die Anmerkung 195. zur Urkunde 551. Das Jahr in welchem dieses Verzeichniß aufgenommen worden, ist nicht angegeben. Wahrscheinlich belieh Graf Gottfried, gleich seinem Vater Wilhelm, (Urk. 556.) beim Antritt seiner Regierung, die Mannen und Ministerialen der Grafschaft mit ihren Gütern; das darüber aufgenommene Protocoll fällt also ins Jahr 1338, wo Graf Wilhelm starb.

[344]) Vergleiche die unten folgende Urkunde des Grafen Siegfried von Wittgenstein v. 1347. in vigil. assumpt. b. m. v.



Digitized by Google

*husen,* Aduocatiam in *neghere* I hobam in *Elsepe* et bona pertinentia ad eandem, decimam in *Bredenbeke* sub castro *Bilstene* b. f. — 7) It. *joannes Grascap* nobilis filius Dni *Widekindi* Aduocatiam in *Brunscappelle* IIII mansos in *Zeydelinchusen* II mansos in *Niederensorpe* Aduocatiam *marbeke,* villam in *Aldenbracht* decimam in *Hilkeshusen* Aduocatiam in *Grascap* b. f. — 8) It. *Bertoldus* et *Wilhelmus* nobiles de *Buren* infeodati sunt sed bona non nominauerunt. — 9) It. *Hermannus* miles *de scarpenberg* dimidiam decimam in *Vressinchusen* in parochia *Haren* et II decimas in *Helmere* in eadem parochia, et curtem in *Massinchusen* et Aduocatiam super hobam in *Marcklinghusen* in parochia *Tulon* b. f. — 10) It. *fratres* milites *de Snellenberg* medietatem Aduocatie in *Attendorn* et reditus IIII marcar. ex curte in *Holthusen* quos Comes potest redimere pro XXX marcis b. f. — 11) It. *Thomas* miles dictus *Rump* Aduocatiam in *Odingen* III hob. in *Havekebeke* in parochia *Elsepe* et I hob. in *Runen* b. f. — 12) It. *Conradus* miles *de Brochusen* I hob. in *Lutkenbrochusen* I hob. in *superiori Ense* b. f. — 13) It. *Advocatus de Heygen* curt. in *Heygen,* piscaturam et molendinum ibidem cum attinentiis b. f. — 14) It. *dictus Herinc de Buren* curt. in *Volkesmere* b. f. — 15) It. *Goswinus de Snellenbergh* quartam partem Aduocatie in *Attendorn* et vogethus in *Selhoven* b. f. — 16) It. *Thomas de Apeldorbike* I hob. in *Apeldorbike* op der Hare b. f. — 17) It. *Joannes Sluc* et filius suus *Godefridus* decim. in *Schevene* et in *Wanden* b. f. — 18) It. *Joannes Bruninchusen* VIII jurnales sitos in *Apeldorbike* et I cas. ibid. vnd eine halbe gaue holtes ibid. b. f. — 19) It. *Hermannus Sprenge* bona in *Holthem* scilicet sex hob. et cas. quas *Siffridus de Pentlinck* tenuit in feodo a comite b. f. — 20) It. *Helmicus de Northolen* VII jurnales sitos ibid. b. f. — 21) It. *Conradus Umberadene* in *Attendorne* I hob. to *Kemminc* b. f. — 22) It. *Thomas de Opheirrke* I hob. et I cas. sitos in *Solde* b. f. — 23) It. *Bernardus de Hondorpe* ł[345]) hob. in *Glashem* b. f. — 24) It. *Helmicus* miles *de Elsepe* curt. in *Volkesmere* b. f. — 25) It. *Adolphus de Hembroke* bona omnia

[345]) Hier und an mehren folgenden Stellen iſt die Zahl I. mit einem feinen Querſtriche durchzogen, welches wohl ſoviel als ½ bedeuten ſoll. Kindlinger hat in ſolchen Fällen entweder die Zahl ganz weggelaſſen, wie z. B. hier: *Bern. de Hondorpe curiam* u. ſ. w. oder eine volle zugeſetzt z. B. bei Nr. 82. und 83. ſtatt I½ oder 1½ vielmehr ij welches zuverläßig unrichtig iſt.

Digitized by Google

in *Wulverinchusen* b. feod. in parochia *Stochem* — 26) It. *Rudolphus Dobbere* curtem in *Varenbracht* I hob. in *Havekenbeke* et II hob. in *Ledinchem* in parochia *Estem* b. f. — 27) It. *Goswinus dictus Egenbold* II jurnales apud *Werle* b. f. — 28) It. *Gerlacus de Summeren* curt. in *Overhus* in parochia *menyede* I hob. in *Smedehusen* b. f. in parochia *Unninchtorp* — 29) It. *Heydenricus de Ostendorp, westehof* in *Ostendorp* b. f. — 30) It. *Johannes de Lon* I hob. in *Volkesmere* b. f. — 31) It. *Everhardus de Ottershem*[346]) I cas. to *morlichusen* in parochia *Herschede* b. f. — 32) It. *Henricus de Bredenole* I mans. situm in *usne* b. f. — 33) It. *Albertus de Marpe* I mans. situm in *Niderenmarpe* b. f. — 34) It. *Ludovicus de Degele* bona sita in *tuschen* et in *snellinchusen* et in *oueren leisen* b. f. — 35) It. *Arnoldus de Hondorpe* II mans. sitos in *Hukethem* et in *Asplen* b. f. — 36) It. *Conemannus oppidanus in Attendorn* I mans. situm in *Roghinchusen* b. f. — 37) It. *johannes suderman* et *joannes filius* suus XXVIII jugera agrorum apud *susatum* apud locum dictum *vogedes wese* b. f. — 38) It. *Heydenricus de Plettenbracht* miles et *Hermannus* filius suus bona sita in *palsole* b. f. — 39) It. *Lenschede de susato* III jurnales an dem meyninchuser wege b. f. — 40) It. *Gyso de umminchtorp* I hob. in *westenbracht* b. f. — 41) It. *Wilhelmus filius Wendelen de Lunen* X jurn. juxta *stenculen* I hob. in *Ebbinchusen* et curt. in *Berstrate* b. f. hec eadem bona tenet in feodo *Lambertus de Hatorpe* et *Joannes de Hensele* — 42) It. *Joannes Dithardus de Hoyngen* IX rodenlandes op dem hatwege — 43) It. *Thomas et Joannes Smelinc* I hob. in *Werve espelinc* quam *Albertus Torck* resignauit — 44) It. *Rutgerus Meurekinc oppidanus in Werle* IX jug. juxta *Werle* b. f. — 45) It. *Wichardus de Bredenole*[347]) ½ hob. in *Suntwic* b. f. — 46) It. *Joannes filius Rutgeri de Meninchusen* IX jugera infra *Werle* et bi dem Butberge b. f. — 47) It. *Engelbertus Advocatus in Calle* Aduocatiam in *Calle* b. f. — 48) It. *Hermannus de Lenhusen* curt. in *Lenhusen* I hob. et VI cas. et tertiam partem jurisdictionis ibid. et tertiam partem piscature b. f. — 49) It. *Thomas Rump* V jug. juxta pratum aduocati in duobus locis b. f. — 50) It. *Arnoldus dictus Arturius* hortum juxta curiam aduocati b. f. — 51) It. *Elisabeth de*

---

[346]) Kindlinger ließt: Osterhem.

[347]) Dieser und der folgende Artikel fehlen bei Kindlinger.

Digitized by Google

*Medebeke* I curt. in *Ostunnen* b. f. eandem curt. etiam tenet in feodo pater ejus *Detmarus* et mater ejus *Mechtildis Walburgis* — 52) It. *Fridericus de Neheym* curt. dictam *Ysinchus* in *Hemerde*, I hob. in *Rune* I hob. in *Stochem* I cas. ibid. I cas. in *Holthusen*, Aduocatiam super duas hob. quarum una sita est in *Stochem* et in *Holthusen* b. f. — 53) It. *Joannes de Hevinchusen* reditus XV mod. ex curte in *Hevinchusen* et curt. in *Osthevinchusen* et I hob. in *Niwesthewinchusen* b. f. — 54) It. *Heydenricus miles de Plettenbracht* curt. in *Vretere* I hob. in *Massenbike* I hob. in *Madenbike* b. f. — 55) It. *Walterus de Plettenbracht* curt. in *Uffien* I hob. in *Richem* b. f. — 56) It. *Hermannus de Bynole* reditus duarum marcarum ex curte in *Mendene* pro Castelobio — 57) It. *Henricus Hetbike* I hob. in *Bodenvelde* b. f. quo resignauit dictus *Fresekin de Neyhem* — 58) It. *Hermannus de Reyne* miles tertiam partem decime in *Glindvelde* et curt. in *Knyvelinchusen* et II mans. in *Wulsteren* et I mans. in *Glivene* b. f. — 59) It. *Rolf* et *Renuert de Erwete* frygrauiam apud *Lippiam* et apud *Erwete* in terminis suis b. f. — 60) It. *Joannes de Verner* curt. in *Eggiuchusen* b. f. — 61) It. *Conradus de Schildere* ½ curt. dictam *Lederslo* apud *Saltkotten* b. f. — 62) It. *Joannes Nasehart* I mans. et I cas. in *Holthusen* b. f. — 63) It. *Henricus dictus Durre de Mesthelenbeke* V mans. ibidem b. f. — 64) It. *Henricus de Grascap nobilis* decimam in *Medelon*, et omnia bona sua sita in *Herzeborn* et in *Medelon* et II mans. in *Wedesvelde* et Aduocatiam in *Grascap* b. f. et non nominauit I mans. in *Leysne* et I mans. in *Vredelinchusen* que pater suus in feodum compresentauit — 65) It. *Albertus de Blidelinctorp* I mans. in *Egerdinchusen* b. f. — 66) It. *Andreas et Hermannus fratres de Bedeleke* VII jugera apud *Suttorp* b. f. — 67) It. *Abraham de Welderissonhusen* curt. suam ibidem b. f. — 68) It. *Herbordus Slethrime* decimam in *Ytmarinchusen* et villam in *Volcmarinchusen* I mans. in *Tefferinchusen* I mans. in *Langenbeke* et decimam in *Leysnen* b f. — 69) It. *Bodo de Horhusen* curt. in *Beffede* et curiam in *Tessenter* et duas casas ibid. et bona sua in *Aspen* b. f. — 70) It. *fratres de Kywe* in susato resignauerunt unum mansum in *Westerick* quem dnus comes contulit *Gervasio de Neyhem* b. f. — 71) It. *Hunoldus de Plettenbracht* miles curt. in *Voswinckele* feod. — 72) It. *Henricus filius Ludgeri de Geseke* ½ mansum situm apud *Geseke* b. f. — 73) It. *Hermannus de Lenhusen* curiam in *Lenhusen* cum pertinentiis b. f. in parochia

Digitized by Google

in *Schonh(olthusen)* — 74) It. *Henricus et Gerhardus Karge* Vrinichof in *Hemerde* II mans. ibid. II curias *ton Yslo* in parochia *Geseke* et curt. in *Suttorp* Henrico predicto solo et II cas. attinentes omnia feodalia — 75) It. *Hermannus de Steyne* I mans. ibid. et I cas. in *Hemerde* b. f. — 76) It. *Deytlef* et *Hermannus fratres de Holdinchove* oppidani in *Werle* IIII jugera b. f. sita ibid. — 77) It. *Joannes de Berstrate* I mans. in *Edinchusen*, in *Sueve* b. f. — 78) It. *Arnoldus Lappe* I mans. in *Sedinchusen* in parochia *Hemerde* ½ mans. in *Hilbeke*, et de mansis pertinentibus ad Ecclesiam in *Mendene* I marcam, et Aduocatiam de eisdem b. feod. et I mans. quos tenent illi de *Bruninchusen* de *Henrico* dicto *Wulen* — 79) It. *Franco de Heggen* I mans. in *Heggen* et piscaturam in *Ahusen* et pertinentias — 80) It. *Rutgerus de Nortlon* Aduocatiam in *Lon* super omnes homines et bona que pertinent ad *altare* b. f. — 81) It. *Gerhardus de Berstrate* I mans. in *Edinchusen* b. f. — 82) It. *Hermannus de Melthsten* I½ jug. b. f. juxta *Werle* — 83) It. *Joannes Nappe* I½ jug. in *Werle* b. f. — 84) It. *Albertus Storch* II jug. in *Werle* b. f. — 85) It. *Everhardus de Scade* I mans. in *Suittene* b. f. — 86) It. *Nolco de Matenbike* decimam in *Linnepe* in parochia *Hilevelle* b. f. — 87) It. *Joannes Schuve* pratum dictum vogedes wyse et hortum situm ibid. — 88) It. *Joannes filius Arnoldi Schuven* bona feod. et *Arnoldus Schuver* — 89) It. *Conradus de Vesperde* et *Hermannus* curiam dictam op *Westernberge* — 90) It. *Gotfridus Bosevort* I mans. et VII cas. in *Matena* in parochia *Apeldorbike* et XIIII vulgares infeodati per eum b. f. — 91) It. *Hermannus de Adorpe* decimam in *Helmare* b. f. et II curt. in *Corbike* — 92) It. *Albertus Cesar in susato* XIII jugera sita apud pratum dictum Voges wise b. f. it. bona in *Osterich* in parochia *Lon* I mans. — 93) It. *Gobelinus de Berdinch* I mans. et I cas. in *Ostunnen* b. f. — 94) It. *Everhardus Clot* I mans. dictum *Hagenengut* in *Dorp Welver* b. f. — 95) It. *Jacobus de Hottepe* II mans. in *Desbeke* I mans. in *Aldenbrilon* I mans. in *Hoyshusen* b. f. — 96) It. *Godefridus Bruner oppidanus susatensis* XII½ jugera sita apud *Kaldenhof* b. f. — 97) It. *Arnoldus Wencken, Wichmannus* et *Reinherus* unam virgam et IX jugera una pars sita in biuio apud portam s. Jacobi et alia pars apud pratum Aduocati b. f. — 98) It. *Cunegundis relicta Andree de Alen* et Alheidis filia sua VII jugera sita apud pratum aduocati b. f. — 99) It. *Druda relicta quondam Alberti Swarten, Joannes,*

Digitized by Google

*Druda*, et *Hadewigis* filii curt. II cas. cum pertinentiis b. f. — 100) It. *Calen* I jugerum situm apud *Werle* b. f. — 101) It. *Robertus et Bruno pherner* curt. *Berghe* apud *Wanemal* b. f. — 102) It. *Joannes Wale* IIII jugera sita apud portam s. Jacobi b. f. — 103) It. *Henricus Egenbold* quartam partem decime site op dem Vorste in parochia *Medebeke* b. f. — 104) It. *Bernardus Wolf* I mans. in *Eggenchusen* in parochia *Sueve* et I agelon suum — 105) It. *Tylemannus Steininch oppidanus in Brilon* I mans. in *Elsberg* in parochia *Bye* b. f. — 106) It. *Everhardus* dictus *Vridayh* curt. in *Grivele* cum pertinentiis et superiorem curt. in *Vronebern* b. f. et *Thomas* filius suus — 107) It. *Godefridus de Hustene* I mans. in *Misthe* ½ mans. in *Berge* ½ mans. in *Lare* b. f. — 108) It. *Walterus Westar* I mans. in *Weneme* b. f. — 109) It. *Dnus Godfridus de Anrochte* curiam *Westhof* in *Anrochte* cum omnibus pertinentiis b. f. — 110) It. *Joan. Schureman* curiam dictam *Elerdeshof* to *Brochusen* cum pertinentiis, I mans. in *Holthem* in parochia *Boderke* b. f. — 111) It. *Heydenricus prins* curiam in *Lensched* cum pertinentiis curiam in *Bredenbeke* cum pertinentiis I mans. in *Rimbeke* et II cas. in *Plettenbracht* et agros *op dem Campe* ibid. I mans. *op Doddenberge* I mans. tom *Elseberge* in parochia *Voswinckele* b. f. — 112) It. *Gerhardus de Emere* II mans. in *Nideren Emeren* cum pertinentiis b. f. — 113) It. *Antonius Vrede* I mans. in *Hagnen* b. f. — 114) It. *Hermannus de Holthusen* Aduocatiam curtis in *Vrilinchtorp* et super omnia bona attinentia et piscariam in *Vrilinchtorp* b. f. — 115) It. *Everhardus de Westenbery* III mans. in *Dedelinchoven* b. f. — 116) It. *Dnus Hunoldus de Plettenbracht* totam villam in *Osdinchusen* cum pertinentiis ipsius uniuersis et curiam in *Hilwordinchusen* b. f. — 117) It. *Godfridus de Rudenberg* II curias in *Berstrate* cum pertinentiis et molendinum dictum *Vustes Molle* et Aduocatiam in *Dinghere* super omnia bona Ecclesie et I mans. in *Hudelinchusen* in parochia *Dinghere* b. f. — 118) It. *Hermannus de Rudenberg* III mans. in *Endiker Holthusen* in parochia *Sueve* et VI jugera et II cas. ibid. et II mans. in *Echtorp* in parochia *Dincher* et ½ mans. in *Vronebern* et I cas. ibid. b. f. — 119) It. *Conradus de Ense* I mans. in *Wenninclo* b. f. — 120) It. *Hermannus de Rudinchusen* I mansum dictum *dat Osterhus* in *Switten* b. f. — 121) It. *Gerwinus de Tunen* Aduocatiam super curiam in *Tunen* et omnes mansos et pertinentia b. f. — 122) It. *Henricus Wule* ½ mans. in *Sydenchusen* ½ mans. in *Hilbeke* et bona omnia

Digitized by Google

sua in *Apeldorbike* que ipse allis ulterius porrexit in fendum — 123) It. *Lubertus Euperpe* I mans. in *Lutterinchusen* b. f. — 124) It. *Joannes Rellenchus* I mans. in *Northolen* quem resignauit *Joannes de Orsnen* b. f. — 125) It. *Hermannus de Lare* I mans. in *Osbern* in parochia *Mendene* — 126) It. *Steinekinus de molendino* miles III mans. et alia bona que non nominauit quod Comes inhibuit ipsum infeodauit — 127) It. *Erenfridus* dictus *Quaterlant* curiam in *Leifgodinchusen* cum pertinentiis et hominibus et II cas. in der *walche* I mans. in *Wenninclo* I mans. in *Visbeke* II mans. in *Berge* II cas. in *Stenbeke* I mans. in *Haselbeke* I cas. in *Eggenchusen* I mans. *tor Lütken asbeke* I mans. in campis *Mendene* I mans. in *Herdringen*[348]) soluentem VII mald. annone et I mans. et I cas. in *Brochusen*, b. feod. it. molendinum in *Gunde* et II marcar. reditus de curia ibid. pro castelobio. it. I mans. in *Sydinchusen* et Aduocatiam super I mans. in *Marpe* et Aduocatiam super unum mansum in *Leifgodinchusen* — 128) It. *Themo de Heurde* miles Cometiam in *Bokenevorde* sicut sita est. item *Cometiam magnam* ab una parte Lippie sicut sita est. decimam in *Rekerswic* et curtem ibidem cum pertinentiis decimam in *Hukelhem*, decimam in *Dedinghusen* in parochia *Esbeke*, decimam in *Knevelinchusen* juxta *Miste* curiam in *Eynchusen* et I domum in *Usnen* I dom. in *Glassem* et I dom. in *Ebbinchusen* et I dom. apud *Enze*[349]) — 129) It. *Alexander de Erwete* curiam in *Lerike* cum attinentiis omnibus, decimam in *Medinchowen*, decimam in *Ramestorpe* et III mans. in *Lerike* I mans. in *Scaleren* et I curiam ibid. XII jug. juxta *Ostinchusen*, Aduocatiam in *Ostunnen* II cas. in *Eyenberne*, domum *Wenemari* in *Pendenhorst* I dom. in *Berinchtorpe* I dom. in *Bursit*, curiam dictam dey *Hoff to Drene* I mans. dict. *Dinchbergelo*, I dom. quam tenet *Menricus Budel*. in *Merckelinchusen* II mans. I mans. in *Ruygincdepe* I mans. in *Linschede*, II mans. in *Emere*, et quedam bona in *Dale* et decimam in *Robberdinchusen*. bona feod. it. dimidium mansum in *Suttorpe* feod. — 130) It. *Heynemannus Dorvelte* et *Heynemannus Stotere* I mans. in *Walberinchusen* b. f. it. idem *Stotere* IIII solidorum reditus in *Herborn* — 131) It. *Andreas de Bodeke* VII jugera sua sita apud *Warsten* apud *Soltere Borne* b. f. — 132) It. *Arnoldus de Boynen* curiam dictam dey *Clotinchof* in *Dincher* cum pertinentiis omnibus b. f. —

[348]) fehlt bei Kindlinger der hier überhaupt unvollständig ist.
[349]) Auch dieser Artikel ist bei Kindlinger sehr unvollständig.

Digitized by Google

133) It. *Gertrudis filia Gertrudis Keppeken* I jug. apud *Werle* b. f. — 134) It. *Godfridus* dictus *van dem Balken* I mans. dictum *Berninch* situm in *Herten* et I dom. sitam in *Huller* I dom. in *Rophusen* et in *Westerwurt* IIII jug. agrorum in *Esele* unam domum et in *Rothusen* mediam partem campi dicti *Kotencamp* b. f. — 135) It. *Ludovicus de Rosbike* I mans. in *Hemmenchusen* b. f. — 136) It. *Lantwordus de Suderlande* X jug. extra portam S. Jacobi apud *Susatum* in loco dicto *By dem falschen markede* — 137) It. *Crafto de Westhoven* curtem in *Anrochte* cum pertinentiis uniuersis b. f. — 138) It. *Thomas de Herreke* I mans. in *Solde* b. f. — 139) It. *Joannes de Redinchusen* ½ decimam ibid. b. f. — 140) It. *Arnoldus de Hurlar* bona dicta *to dem Nienhus* in *Hultorp* in parochia *Wattenscede* b. f. — 141) It. *Hermannus* filius quondam *Rutgeri de Lenhusen* resignauit unum pratum situm supra Riuum qui dicitur *Vretere* quod Dominus contulit *Hermanno de Heltene* pro feodo — 142) It. *Seyge van Brüchnoye* decimam in *Stenkyctorp* b. f. — 143) It. *Bernardus de Dunckelen* decimam in *Bachus* in parochia *Dedelinghove* et I hob. ibid. b. f. — 144) It. *Goswinus Styler* IIII jug. apud *Werle* b. f. — 145) It. *Johannes* filius *Gerhardi Meinhardes* I½ jug. apud *Werle* b. f. — 146) It. *Wilhelm. Wole* I hob. *tor Wisch* apud *Hilbeke* b. f. — 147) It. *Thomas de Melne* I½ jug. apud *susatum* b. f. — 148) It. *Flore van Engere* Halbesgut to *Bodrike* b. f. — 149) It. *Engelbertus de Wennerike* curiam ibid. — 150) It. *Herm. Kulinck* curiam molendinum et piscationem in *Heggen* b. f. — 151) It. *Everhardus de Esleve* quartam partem decime in *Westenvelde* b. f. — 152) It. *Conradus Kyteler* miles I mans. in *Musche* in quo *Warcke* habitat, quem *Joannes de Hustene* in manus suas resignauit et VI marcarum reditus in *Mendene,* I hob. in *Overendorp* II hob. in *Muldensbery* curtem in *Brochusen* I hob. in *Hustene* et omnes casas ibid. sitas, I hob. *tome Snellenhus,* I hob. in *Linnepe* I hob. in *Weneme* et II hob. in *Musche* b. f.[350]) — 153) It. *Hermannus de molendino* miles homines quos habet Comes de Arnsberg ex alia parte fluuii dicti *Lene* quos comes potest rehabere sub forma que dicitur orsathe pro XXX marcis et postquam redempti fuerint à comite idem Hermannus locabit XXX marcas in bonis propriis et tenebit ea de comite Arnsbergensi ut homo fidelis, et id dicit idem Hermannus

[350]) Der Artikel iſt bei Kindlinger unvollſtändig.

Digitized by Google

quod hujusmodi homines non habeat. Item Aduocatiam in *Widdinchusen* cum attinentiis omnibus, it. caminatam nostram apud *Walterinchusen* it. locum molendini nostri supra *ruram* versus *Echtese* et I mans. in *Asbeke* et alia bona sua apud *Buren* que quondam *Widekindus Kigge* tenuerat a comite *Ludovico* omnia b. f. — 154) It. *Hake de Herne* V marcar. reditus de curte nostra in *Wicke* b. f. — 155) It. *Fridericus de Melderke* I mans. in *Eggerinchusen* in parochia *Melderke* — 156) It. *Wichardus de Ense* et *Henricus* den Spithoff in *Ense* et I mans. in *superiori Ense* b. f. — 157) It. *Ludovicus de Hagne* I curiam in *Bremen* dictam *Stenhof* pro castelobio — 158) It. *Everh. de curia* ½ curiam dictam *Stenhoven* I hob. in *Stochem* in parochia *Lunheren* IIII porcorum glandes in dem Hoensunderen b. f. — 159) It. *Dnus Joannes de Brochusen* decimam in *Herwede* et I *Vorstat* ibid. b. f. — 160) It. *Goswinus Rodenberg* bona sua in *Volinchusen* b. f. — 161) It. *Gerwinus de Hatnegge* aduocatiam in *Eysepe* — 162) It. *Hermannus de Altena* miles curiam in *Westwich* cum pertinentiis et molendinum ibid. b. f. — 163) It. *Wilhelmus de Verne* curiam in *Elinchusen* b. f. — 164) It. *Happe Mathie* II mans. in *Lutken Suinevelde* b. f. — 165) It. *Rudolphus de Munsteren oppidanus Lippiensis* I mans. in *Usnen* quem Comes potest redimere pro pecunia que continetur in Littera sua b. f. — 166) It. *Conradus de Deydenhusen* miles Aduocatiam in *Elverinchusen*, decimam in *Leysnen* curiam in *Gunterdinchusen* b. f. — 167) It. *Hermannus de Kalenberg* miles jus patronatus Ecclesie in *Elingehusen* in cappele et cappelle in *Udorp* et IX mans. in *Elingehusen* b. f. — 168) It. *Syffridus dictus Suicker* miles II curias in *Durslon* b. f. — 169) It. *Albertus de Horhusen* II mans. in *Desbeke* I mans. in *Dorpburen* dict. *Kogelen houe*, b. f. — 170) It. *Everhardus de Tulen* ½ mans. in *Reysbeke* ½ mans. in *Hoperen* b. f. — 171) It. *Robertus opidanus in Grevensteine* I mans. in *Linnepe* — 172) It. *Lambertus de Durslon* curiam in *Hustede* b. f. — 173) It. *Heynemannus van de Vanen* curiam in *Dedinchusen* et curiam in *Horste* b. f. — 174) It. *Florinus von Durslon* villam in *Hustede* — 175) It. *Engelbertus de Kukelhem* resignauit Aduocatiam in *Hedemer* quam Comes de Arnsberg porrexit *Bertoldo de Wesselbergh*[331]) in feod. — 176) It. *Deytmarus de Altena* miles I mans.

[331]) Vielleicht Wevelsberg, Wevelsburg.

in *Geveren* et castrum in *Herdringen* cum pertinentiis I mans. in *Suedinchusen* bona feod. alia bona non nominauit — 177) It. *Lucia et Elisabeth de Bredenbeke Fresekin de Neyhem* I mans. in *Westerik* b. f. — 178) It. *Everhardus de Andopen* tenet curtem in *Westerendorpe* et I mans. ibid. que Dnus dedit eis tali conditione, ut (si) dictus Euerhardus et sui heredes non fatentur residentiam castrensem in *Hertesberg*, tunc bona redibunt ad Dnum de Arnsberg — 179) It. *Gerhardus de Adenbeke* I mans. in *Aldendorp* in parochia *Stochem* et I mans. in *Adenbeke* b. f. — 180) It. *Henricus de Aldendorp* ½ mans. ibid. — 181) It. *Albertus de Bovinchusen* ½ cas. ibid. b. f. — 182) It. *Tylemannus tor hove* ½ mans. in *Stochem* b. f. — 183) It. *Herbordus in Elinchem* I mans. ibid. b. f. — 184) It. *Henricus molendinarius in Adenbeke* I mans. ibid. b. f. — 185) It. *Joannes Schele* IIII jugera et ½ echtwort in *Stochem* b. f. — 186) It. *Antonius Wrede* mansum in *Hevinchusen* in parochia *Stochem* b. f. — 187) It. *Adolphus de Stochem* I mans. ibid. b. f. — 188) It. *Gercke filius Arnoldi de Stochem* I mans. ibid. b. f. — 189) It. *Henricus de Stochem* I mans. ibid. b. f. — 190) It. *Joannes Wrede* II mans. *Adenbeke* et curt. in *Volkelinghusen* et I mans. in *Volckhardinghusen* I mans. in *Emneric* b. f. — 191) It. *Joannes de Remelinchusen* I mans. in *Torlar* et Aduocatiam super unam hobam in *Druvede* b. f. — 192) It. *Dnus Joannes de Patberg* et *Joannes de Patbery filius Friderici de Patberg* curiam in *Heddinchusen* et I mans. ibid. et unum mans. in *Osningen* bona feod. it. VIII marcar. reditus quos habent pro castellobio tanquam castellani jurati — 193) It. *Thomas de Visbeke* curiam in *Suttorp* III½ mans. in *Visbeke*, in *veteri Helevelden* III mans. et I cas. et in *veteri Aflen* I mans. et in *Yascapen*[352]) in parochia *Bye* I mans. et III casas in *Calle* et in *Niderendorp* ex parochia *Yflepe* ex uno manso V untias ouorum et V pullorum reditus, et in *Berlar* I mans. et in *Herdinchusen* I mans. b. f. — 194) It. *Syfridus de Haynen* lapideam domum in *Bremen*, pro castellobio I mans. in *Videlberge* II cas. in *Bremen*, it. cas. in *Lutterinchusen* et I cas. in *oueren Hoyngen* piscinam in *Hayne*, it. *Deyrusen* et I cas. ante portam curie dicuntur comitis in *Hagne*, et alios agros quos filii *Dni Henrici de Bynole* de nominato *Syfrido* habuerunt, I mans. et I cas. in *Herdringen* et aliam hobam

[352]) Girkop.

in *Herdringen* que *Wichardus de Ense* de ipso sufrido ulterius tenuit. It. I mans. in *Doddenberg* quem *Everhardus de curia* de eo tenuit, I hob. in *Bachen* quam *Philippus Sobbe* de eo tenuit I hob. in *Volkhardinchusen*, I hob. in *Mole*, I curiam et I cas. in qua *Bertoldus de Thunen* habitauit, I hobam in *Lutterinchusen* et I in *Runen* quos *Wichardus de Ense* de eo coemit, I hob. in *Overenhoyngen* quam dictus *Kygelere* de eo tenuit. it. XI jug. que *dictus Lyseganck* de eo tenuit. it. reditus ½ marce quos *Joannes Oppinch* de eo tenuit, it. VII *Vorstett* apud S. Paulum in *Susato* quos *Fridericus Buch* tenuit — 195) It. XV jug. que unus dictus Honporten de eo tenuit omnia b. f.[353]) — 196) It. *Heydenricus* dictus *Raven* IIII jugera ½ mansum lignorum in *Apeldorbike* b. f. — 197) It. *Gerlacus Rode* I cas. in *Hanenbeke* b. f. — 198) It. *Wilhelmus Dobbe* decimam in *Westwic* tertiam partem bona feod. in parochia *Metlar* — 199) It. *Joannes Schade* curt. in *Reiste* in *Niderendorpe* I mans. b. f. it. in *Aldenyflepe* I maldrum siliginis b. f. it. decimam tertiam partem in *Glyntvelde* b. f. — 200) It. *Didericus de Sybury* et *Wilhelmus Perteneys*, it. *Hermannus de Hirreke* I mans. in *Apeldorbike* b. f. — 201) It. *Helmicus de Dusentschuren* curiam in *Elsepe* b. f. — 202) It. *Thomas de Bredenbeke* curiam in *Bredenbeke* b. f. — 203) It. *Arnoldus Hetertat* C jug. in campis *Ruden* b f. — 204) It. *Bernardus de Wylen* decimam minutam in *Aflen* b. f. — 205) It. *Joannes de Bachem* II marcarum reditus *Teintlose* in judicio *Rekelinchusen* — 206) It. *Godefridus de Balken* in *Herten* ½ mansum in *Riphusen* I mans. in *Hullen* b. f. — 207) It. *Voos de Apeldorbike* de *Ehof* dimidietatem in *Apeldorbike* b. f. — 208) It. *Bernardus de Munkenbeke* II marcas in judicio *Rekelinchusen* b. f. — 209) It. *Joannes de Summeren* Aduocatiam super curtem in *Summeren* b. f. — 210) It. *Hermannus de Berghe* dimidietatem curtis dicte *Nyhof* in parochia *Apeldorbike* b. f. — 211) It. *Joannes de Anrochte* I hob. in *Ochus* b. f. — 212) It. *Joannes Clot* curt. in *Northoln* cum pertinentiis et IIII mans. ibid. b. f. — 213) It. *Hermannus de Neyhem* I mans. in *Vlerke* b. f. — 214) It. *Elias Crivet* I mans. et II cas. ibid. b f. in *Apeldorbike* apud cimiterium — 215) It. *Lambertus de Rure, Brinchus* to *Herrike* I mansum in *Berichoven* in parochia *Apeldorbike* — 216) It. *Erenfridus de Boderke*

---

[353]) Dieser Artikel ist sehr unvollständig bei Kindlinger.

Digitized by Google

XII jug. in *Boderke* h. f. — 217) It. *Thomas de Heldene* in parochia *Medebeke* in *Veldene* IIII mans. cum pertinentiis h. f. — 218) It. *Bernardus de Rodenberg* senior curtem in *Velinchusen* cum pertinentiis in parochia *Apeldorbike* h. f. — 219) It. *Meinericus Sprenge* miles VI marcarum reditus de curia nostra in *Vlerke* h. f. — 220) It. *Joannes von der Heyhe* I mans. dictum *Lobendat* et XXVI jug. dicta *der Gantenberg* in parochia *Hagen* — 221) It. *Henricus de Ulfersen* II mans. in *Hemerde* h. f. VI cas. ibid. et I mans. in *Ostvlerke* h. f. — 222) It. *Wilhelmus Edelkind* III scepel tritici et XIX solidos denariorum in *Aldenyeschen* dicta tenthof h. f. dicta tentlose — 223) It. *Deytmarus de Monsteren oppidanus Lippiensis* bona in *Usnen* qui idem decimam tenet de nobis in pignore — 224) It. *Joannes Schele* miles I mans. in *Slammede* h. f. — 225) It. *Hermannus de Schedingen* I mans. in *Boderke* et III cas. ibid. h. f. — 226) It. *Erpo de Ruden* curiam in *Hadberdinchusen* h. f. — 227) It. *Ludovicus de Brungelinchusen* XXX jugera in campis apud *Hilbeke* h. f. — 228) It. *Randolphus Hake* dat schurhus to *Tunne* cum pertinentiis h. f. — 229) It. *Albertus de Matenbeke* II curias in *Wurdinchusen* h. f. — 230) It. *Joannes Stelinck* den Brochof in *Husten*, et I cas. in *Musche* et agros quosdam in campis *Arnsberg* h. f. it. casam in der *Kortenbeke* et I cas. in *Dinckenscede* h. f. it. Aduocatiam in *Osbern* h. f. — 231) *Godefridus de Hangenstede* miles XIIII solidor. reditus ibid. — 232) It. *Gerwinus* dictus *Schele de Andope* ¼ curiam in *Conrbeke* dictam *Stenhof* I mans. in *Buninchusen* III mans. in *Geveren* cum casis ad eosdem pertinentibus et I mans. in *Buninchusen* et I decimam in *Selschede* h. f.[354]) — 233) It. *Thomas de Tunen filius Bertoldi* I mans. in *Lutken Hemerde* h. f. — 234) It. *Wilhelmus de Bynole* curiam in *Haswinckele* apud *Arnsberge* h. f. — 235) It. *Hermannus de Ole* curiam in *Dale* h. f. — 236) It. *Hermannus Bencamp* I mans. in *Bekem* h. f. — 237) It. *Renfridus Clusener* curiam dictam der *Ostene* et curiam dictam der *Westene* sitas in parochia *Erwete* et curiam dictam *Thedinchof* et curiam dictam *Meylaneshof* et omnia bona que pater meus et patruus meus *Reinfridus* miles dictus *Stenule* de comite de Arnsberg habuerunt — 238) It. *Arnoldus Quade* reditus X solidorum in *Bechen* et I mans. in campis apud *Brugge* in parochia

[354]) Dieser Artikel ist unvollständig bei Kindlinger.

Digitized by Google

Nos *megthildis* de *wyldinberg* Abbatissa in *Druylzhayn* totusque Conuentus ordinis Cysterciensis Coloniensis dyocesis, vniuersis christi fidelibus presentem litteram visuris seu audituris salutem in domino sempiternam, Tenore presentium publice protestamur quod *Tula* de *Bunchusin wilmudis, Teila, Cristina, Ebula* et *Wabula* dicte Tule filie contulerunt et obtulerunt se Ecclesie beati Clementis tali videlicet conditione quod singulis annis dabunt *duos denarios jure cerocensuali* et post mortem *superius melius vestimentum* aut *duodecim denarios jure capitali,* Ceterum post eas omnis progenies que wlgariter dicuntur *yesusterde* simili modo dabit *senior puer* annuatim duos denarios et post mortem duodecim lege prefixa Si quis vero super hanc formam quemuis ipsorum attemptare presumpserit, anathemate domini apostolici se nouerit innodatum quod nos et persone domus nostre simul etiam cum vniuersis rebus nostris in communicationem et protectionem beatorum apostolorum petri et pauli sumus perpetue acceptate, Quapropter si queremoniam super huiusmodi hominibus aliquando habuerimus extinctis candelis et pulsatis campanis euitari artius in singulis ecclesiis denunciabimus publicari, Ad cautelam autem ne in posterum aliquis audeat malignari vel terribilem sententiam possit incidere inprouise presentem cedulam munimine sigilli beati Clementis tradidimus roboratam, Presentes fuerunt venerabilis vir dominus fredericus decanus christianitatis Capituli Sybergensis et frater Daniel regularis Canonicus Ecclesie Steynueldensis ordinis premonstratensis et plures alii fide digni Acta sunt hec anno domini M°. CCC°. XLVIII°. die beate agathe martiris.[398])

---

[398]) Das Siegel ist zum Theil zerbrochen. Es hat eine paraboliſche Form und ſtellt einen ſitzenden Biſchof in roher Vollendung vor, welcher in der Linken einen Hirtenſtab hält, die Rechte aber zum Seegnen aufhebt. Von der Umſchrift iſt nur zu leſen: S. Johannis....

Digitized by Google

## 710.

1348. Mai 14. bekundet Abt Diether zu Bredelar daß Johann von Scharfenberg der Aeltere, Güter zu Bonkirchen gekauft und dem Kloster geschenkt habe; um Wein und Oblaten zum Gottesdienste, so wie alljährlich zwei Recreationen des Convents, aus den Einkünften derselben anzuschaffen.

Nach dem Orig. im Archive des Klosters Bredelar.

Ad notitiam et memoriam omnium tam presentium quam futurorum. Nos frater *Dytherus* dictus Abbas et conuentus monasterii in *Breydelar* tenore hujus scripti cupimus peruenire et publice protestamur. Quod dilectus nobis in christo *Johannes* de *Scarpenberg* senior famulus perhennem benedictionis memoriam apud nos comparare cupiens cum suis propriis denariis comparauit et emit justo emptionis titulo Monasterio nostro et nobis, quoddam bonum situm in villa et extra villam *Buggenkerken* cum suo utili dominio et omni sua integritate, quod ad presens colit et inhabitat *Henricus* dictus *deken soluens annuatim sex moldra annone* videlicet vnum moldrum siliginis vnum moldrum ordei et quatuor moldra auene Briloniensis mensure *tres solidos denariorum* ibidem vsualium *quatuor pullos* et *quatuor vncias ouorum*. Item ibidem vnam casam habens circiter octo jugera agrorum quam ad presens inhabitat *Thidericus* dictus *begers soluens annuatim quinque solidos denariorum* in Brylon vsualium *tres pullos* et *tres vncias ouorum*. Item ibidem vnum mansum quem quidam nomine *Gobele* colit et inhabitat *annuatim soluens quatuor solidos denariorum* in Brylon currentium *quatuor pullos* et *quatuor vncias ouorum*. Item ibidem de vna casa seu areola quam quidam nomine *bekke* ad presens inhabitat *que nobis specialiter soluit vnum solidum* currentis monete in Brylon que omnia pro reuerentia virginis gloriose nobis et nostro monasterio antedicto contulit pro remedio anime sue et parentum suorum et legauit perpetuo possidenda. Scilicet officio custodie nostre specialiter soluenda pie deputauit. Hac adjecta conditione quod custos noster qui pro tempore fuerit de censu et redditibus memoratis, sedecim solidos dictorum Brylonensium denariorum vsualium, singulis annis absque defectu participere debebit ex quibus vinum et oblatas, pro officio custodie annuatim ad



Digitized by Google

cultum diuinum plenius perpetuo comparabit. Quidquid vero in annona et ouis super pretactos sedecim solidos superfuerit, Hoc ipsum ipse custos qui pro tempore fuerit singulis annis conuentui nostro pro perpetuis duabus consolationibus faciendis, vna videlicet que erit in die sancti Andree Apostoli alia vero que erit in die sancti vincentii Martyris in hiis que magis ipsi nostro conuentui congrua fuerint, equaliter et totaliter sine diminutione expedite erogabit vt ex hoc ipsius memoria et patris sui ac omnium parentum suorum apud nos eo feruentius perhenniter habeatur. Et hoc ipsum nostro custodi suisque successoribus committimus efficaciter procurandum, Quod si quisquis ipsorum in jam dictis procurationibus seu consolationibus negliens (sic) fuerit quod absit hoc ipsum in grauissimum anime ipsius periculum nisi resipiscat redundabit. In horum omnium testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum anno Dni millesimo trecentesimo quadragesimo octauo. pridie Idus Maij.[399])

## 711.

1348. Oct. 3. entzieht der Erzbischof (Walram) von Cöln, die Güter des Walburgisklosters, aller weltlichen Gerichtsbarkeit und verweiset diejenigen, welche gegen das Kloster klagen wollen, an den Offizial zu Cöln.

Nach dem Orig. im Archive des Walburgisklosters.

.. Archiepiscopus Coloniensis.. *Marschalce* noster Westphalie, ac vniuersi et singuli.. *Officiati* nostri in terra nostra *Westphalien* vndique et specialiter in *ruden* constituti. Cum dilecti nobis in xpo.. prepositus.. Priorissa et Conuentus *Monasterii sancte Walburgis* extra muros opidi nostri *Susatiensis* et eorum bona ad ipsos et dictum eorum Monasterium spectantia speciali nostre subsint tuitioni, nolentes proinde aliqualiter consentire, quod dicta eorum bona intra terram nostram et districtus, aliquo judicio seculari per quempiam pregrauentur, vobis igitur vniuersis et singulis mandamus

[399]) Das Siegel des Abts ist paraboliſcher, das des Convents runder Form, (Tab. 11. Nr. 3.) beide ſind in weißem Wachſe abgedruckt. Man vergleiche die Note 302. zur Urkunde 620; ſodann die Urkunde 689. und 705.

seriosius volentes, quatinus non permittatis aliqua bona, qualitercumque ad dictos.. prepositum, Priorissam et Conuentum et eorum Monasterium pertinentia per quemcumque cuiuscumque status uel condicionis extiterit exnunc inantea seculari judicio arrestari, et si que eorumdem bona arrestata fuerint, faciatis et procuretis finaliter dearrestari, si quidem aliquis contra eosdem prepositum.. Priorissam et Conuentum quicumque causare seu proponere habuerit, coram nobis seu.. Officiali nostro Coloniensi compareat ipsos impetendo, nos illi seu illis, de eisdem quorum in hac parte potentes sumus fieri faciemus iusticiam inprotractam, id sicut fauorem nostrum dilexeritis nullatenus dimittendo. Datum IIIº. die Octobris Anno domini Mº. CCCº. XLº. octavo.[400])

## 712.

**1348. Nov. 11. vertauscht Gottfried IV. Graf v. Arnsberg, dem Kloster Oelinghausen den Hof zu Vlerike bei Werl, gegen Güter auf dem Leneberg und Glyndenberg.**

Nach dem Orig. im Archive des Klosters Oelinghausen.

Wy Godert eyn greue to Arnsbergh, vnde Anna vnze reyghte vrouwe, eyn greuinne to Arnsbergh, doet kundich al den ghynen dey deſſen breyf zeyt vnde horet leſen, vnde betughet oppenbare in diſſer ſcryft, dat wy myd eyneme enyghen rade vnde myd vulbort vnde myd wyllen, al vnzer reyghten eruen, hebbet ane ghaen vnde ghe daen, eyne beſceydene reyghtuerdighe weyſle, myd den geyſtliken luden, dem.. Prouelte, der Priornen vnde dem meynen Conuente, vnde dem ſtyghte van vlinchuſen, alſe myd vnzeme hoyue to vlerike dey gheleghen is bi der ſtayt to Werle, tuyſchen Werle vnde dem ſteynwarcke, den hoyf gheue wy dem vorghenomden Cloyſtere van Vlinchuſen, vnde hebbet ghe gheuen, al ſo, alſe dey beleghen is, myd aller ſlayghter nut. an holte an velde, an torue vnde an twighe, an watere vnde an weyde, an vyſcherye, an mulenſtede, an ackere buwelych vnde vnbuwelych, myd weyſen, vnde myd al ziner to behoringe, eweliken vnde erflike vor eyn vry durſlayght eghen, ledich vnde

[400]) Das an einem abgeſchnittenen und durchgezogenen Pergamenſtreif gehangene Siegel, iſt abgefallen.



Digitized by Google

loys, to behaldene vnde to bezyttene, Vnde loynet in disser scryft, dem cloystere van vlinchusen vor ghesproken, sculdighe vnde reyghte warscap to done, des vorghenomden hoynes to vlerike, alse man van reyghte eyns eghens waren sal, waer vnde wanner en des to done is, Vnde dat zey der warscap dey syker zin, so sette wy en borighen, veyr vnzer burighman, Hern Conrade van hustene eyn riddere eynen burighman to hayghne, Hern Crayfte van meschede eyn riddere eynen burighman to dem euersberghe, Johanne den weslere eynen burighman to arnsbergh, Johanne den slepere eynen burighman to neyhem, Vortmer hebbe wy en ghe sayt, den.. Burgheremeester vnde den rayt vnde dey meynen stayt to arnsbergh, den.. Burgheremeester vnde den rayt vnde dey ganzen stayt to Neyhem, den.. Burgheremeester vnde den rayt vnde dey meynen stayt to dem Euersberghe, den.. Burgheremeester vnde den rayt vnde dey ganzen stayt to dem Greuensteyne, disse veyre vnze burighman, vnde disse veyre vnze stede, de loynet myd vns vnde wy myd en, deme vorghenomden Cloystere van vlinchusen, des vorghenomden hoynes, reyghte warscap to done, alse eghens reyght is, wanner vnde waer zey des behuuet, alse men van reyghte eyn eghen waren sal, Waer en des brake were, so mughen zey an vns vallen, myd geystlikeme reyghte, oyste myd werlikeme, an vns vnde an vnze borighen vmme dey beake, ane vnzen vuelen mut, Vnde vmme dissen hoff, so hebbet zey vns wider gheuen to eyner wider weysle, dat gut vnde dey lude, dey zey hebbet, vnde dey beleghen zint, ouer der hoe, de ghe heyten is de lenebergh vnde glyndenebergh, myd al zime reyghte, vnde myd al ziner to behoringe, al se dat gut vnde dey lude dem Cloystere van Vlinchusen to behoerden to der tyt. Op dat dit vast vnde steyde bliue vnde dat hir neyn twyginge na ene come, so hebbe wy greue Godert vnde Anna, vnze vrouwe, vnde vnze veyr burighman, vnde vnze veyr stede, vorghenomd, vnze borighen. Dissen breyf bezigelt myd vnzen inghezighelen, vnde vorwilkort ferpel vnde alle argheliſt, dey men oppe disse weysle, vnde oppe dissen breyf vynden maygh. Vnde wy her Conrad van hustene, her Crayft van meschede, Johan de weslere, vnde Johan dey slepere burighman, dey hir vorghenomd zint, vnde wy stede van Arnsbergh, van Neyhem, van dem Euersberghe vnde van dem Greuensteyne, myd vnzer meynet, dey borighen zint vnzes heren, vnde vnzer vrouwen vorghenomd, bekennet vnde betughet, dat alle disse stucke waer zint, vnde loynet zementliken, myd vnzeme heren, vnde myd vnzer vrouwen, al disse stucke vast vnde steyde to haldene, vnder vnzen inghezighelen, de wy an dissen breyf in

Digitized by Google

eyne betughnuſſe vnde in eyn orkunde, al diſſer rede, vnde diſſer loyuede hebbet ghehanghen, Hiir waes aen vnde ouer her Herman dey prouest van Cappenbergh. her Rabodo dey prouest van Sceyda. her Henric de langhe eyn Canoninc to Wedinchuſen. her Thideric van Ramesberghe eyn canoninc to Cappenbergh. her Herman van der mulen eyn riddere. her Robert de fernere eyn canoninc to Soſat. her Engelbert vlege eyn preſter. Godſcalc van me dome. Johan dey droeſte. Heyneman van der Wynden. Johan Hattorp. brun de make. Richard vnde lambert brodere van den zuderlande. Johan de ſcuuere. Renfert vaele. Godſcalc van den palſode. Gerhart van me herte. herman lengenſciue. burghere van Soſat, wolter kalf. Antonius van vlerike. Geruaſſus freſiken. Heydenric pryns. lambert de ſculte van der rurne. Matheus dey kelnere. Otto de vrygreue. bettyke eyn righztere to Reyhem. Albert crumpholt. Johan rype. Petrus van ophyrrike. Hinric knippinc. broder lambert eyn kelnere to vlinchuſen. broder johan eyn kamerer. vnde andere vele guder lude. Dit ſcha nae vnzes heren godes boert. Duſent Jaer, Driehundert vnde aghte vnde vertigh, op ſente Martinus daghe in den wyntere.[401])

## 713.

1348. Dez. 6. verkaufen die von Scharfenberg dem Kloſter Neuquiſtelberg (Glindfeld) Güter zu Wyddene.

Nach dem Orig. im Archive des Kloſters Glindfeld.

In nomine Domini Nouerint vniuersi presentium inspectores Quod ego *Hermannus* miles de *Scarpenberg Johannes* frater meus et filii patrui mei videlicet *Hermannus Johannes* et *Wernherus* maturo consilio prehabito necnon bona voluntate heredum nostrorum vendidimus honorabili domino *Godfrido* preposito in *nouo Quistelberg* totique Conuentui sanctimonialium ibidem Curiam et mansos nostros in *villa wyddene* sitos pro pecunia nobis tradita et soluta, cum vniuersis eorundem attinentiis et prouentibus Eodem jure quo ad nos spectabat

[401]) An der Urkunde hängen 10 Siegel in grünem Wachſe, ſämmtlich wohl erhalten an dicken ungeflochtenen weißen Zwirnſträngen.

Digitized by Google

tytulo proprietatis hereditario jure perpetuo possidendos In cuius rei testimonium presentem paginam Ego predictus Hermannus miles sigilli mei munimine roboraui Sigilla etiam dni *Johannis* de *plettenbrackt marscalci Westphalie* ac *Wernheri Canonici ecclesie paderbornensis patrui nostri* huic scripto apponi inpetrauimus ad maiorem euidentiam premissorum Datum anno dni M°. CCC°. X°. die beati Nicolai episcopi presentibus Henrico Sacerdote Johanne Wygandi Euerhardo *rectore scolarum in Medebike* Gerhardo Celerario *Godfrido de Brilon* ac aliis quam pluribus fide dignis.

## 714.

1349. Jan. 2. Nachtrag zu dem Vergleiche zwiſchen Erzbiſchof Walram und Graf Engelbert v. der Mark vom Jahre 1347.

Nach dem Transſumpt im Lib. Privil. Eccles. Colon. Nr. 182.

Allen luden die dieſen brieff ſoilen ſien of hoeren leſen.. Wir Wilhelm van goitz genaden Maregreue zu Guylche jnd Reynart van Schonauwe here zu Schonenuorſt dun kunt ind bekennen want die Eirwirdige in goide vader onſe here her Walraue der Ertzebuſſchof van Colne vur ſich ind ſijn Geſtichte op eyne ſijte Jnd der Edelman Greue Engelbrecht van der Marke vur ſich ind vur ſine Graiſſchaf op ander ſijte, zu anderen zijden van den zwiſtlichen ſachen die tuſſchen yn ind iren landen of heerſcheften op erſtanden waren, ons in mynnen of in rechte ſij zu ſcheiden, gelouft, ind macht gegeuen hatten, Jnd eyndrechtlich dar oeuer zu ſprechen alſo as die brieue volkomelich innehaldent, mit der vurg. heren ind vnſen Ingeſegelen beſegelt die zu der ſeluer zijt dar op gegeuen ind gemacht wurden in der formen as van worde zu worde her na geſchreuen ſteit.. ‚Wir Wilhem van goitz genaden u. ſ. w. (hier iſt die Urkunde von 1347. Nr. 708. wörtlich eingerückt) So ſijn wir vurg... Maregreue, ind here van Schonenuorſt onſſ ſagens in eynre mynnen mit willen der vurſchr. partijen durch des beſten willen eyndrechtlich wurden, ind wir ſagen vur eyne mynne ind eyn muytbeſcheit tuſſchen den vurſchr. partijen alſo as her na geſchreuen ſteit. Zu dem eirſten ſagen wir in eynre mynnen dat alle die punte ind articlen die in den vurſchr. brieuen geſchreuen ſint, ſo wie die ſelue brieue inhaldent bliuen ſoilen

in alle iren wijſen ſunder yet dar an zu wandelen, ain alleyne mit namen vſſgenomen die punte van der kirchengichte van Boichem, van dem dorpe, van deme gerichte, ind van der hoicheit ind van der frijer Graiſſchaff van Boichem, van wijlchen vſſgenomen puncten hie vurſchr. wir ſprechen ouch in eynre mynnen alſus zu den eirſten van der kirchengicht zu Boichem ſprechen wir, dat dat punt an ons ſal bliuen ſtaen, alſo dat wir bynnen eynre zijt die wir macht hain zu ſetzen ind zu nennen, ind die wir ſetzen ind nennen ſoilen as ons zijt duncket ſagen ſoilen eyne mynne of eyn recht na onſen beſten ſynnen, na der kuntſchaff der wir ons dar op erwaren moigen Ind ſo wat (wir) bynnen der ſelver zijt van der vurſchr. kirchengicht ſagen vur mynne of recht as vurſchr. is, dat ſoilen die vurſchr. partijen ſtede halden ind doen Ind hie entuſſchen bis wir dan aff onſe ſagen geſacht hain ſal die paff die nu zu Boicheim ſinget die ſelue kirche vort beſingen ind beampten vngehindert van eynchen hinderniſſe dat comen of ruren moechte van der zweyungen die nu dan af is tuſſchen den vurſchr. partijen. Voirt want die vurſchr. Greue van der Marken vur ons gegiet hait dat dat hogerichte zu Boicheim mit alle ſyme zu behoeren heirlicheide ind nutze die van kirſten of van Juden vallen mach die zu demſelven hogerichte gehoerent, halff ſij ons vurg. heren ind des Geſtichtz van Colne So ſagen wir ouch in eynre mynnen dat die vurſchr... Ertzebuſſchof vur ſich, Ind der Greue van der Marken vur ſich irre yeclich in ſyme halven diele ſitzen Ind vort in alme irme rechte des ir yeclich enboyuen dat hogerichte vurſchr. zu Boichem ind an ſyme zu behoeren ind ouch an der vrijer Graiſſchaff al da ſich vermiſſet bliuen ſal vredelich ſunder des ander anſpraiche ind hynderniſſe ind irre yeclichme vnuerluſtich ſijns rechts van hude an bis op onſer vrauwen dach zu lijchtmiſſen neiſt comende Ind vort van dem ſelven onſer vrauwen dage tzien gantze Jaire neiſt dar na volgende Alſo as ſij ſint hude op dieſen dach, alſo dat dat verlengen van dieſer zijt, van hude bis an dat ende der vurſprochenre tzien Jaire den vurg. partijen geyn ir recht, id ſij an eygentſchaff, of an beſitzungen mynren of meerren moege of ſoele, dan ſo wie id hude zu dage ſteit, dat id dan alſo ſtain ſoele. Voirt vmb meerre heymelicheit ind vrunt zu bliuen die vurg. zijt vſſ tuſſchen dem vurſchr. Ertzebuſſchof, Greuen van der Marken, ind ire beider landen ind luden Sagen wir vort in eynre mynnen dat die ſelue Greue van der Marken weſen ſal geſworen Rait des vurg. Ertzebuſſchof, ind ſal ſynen Rait ſweren, ind ſal ſijn van des Ertzebuſchof heren kleideren, as he

ander heren kleidit, Voirt ſagen wir as da vur in eynre mynnen, of die vurſchr. Ertzebuſſchof enbynnen den vurſchr. tzien jairen in ſyme Hertzochriſche oever Rijn, eyne Botdinge beſitzen wilt, alſo as dat ſijn Recht, ind gewoenlich is, dat die vurſchr. Greue van der Marken op ſijns ſelfs Coſt ind verluſt dem vurſchr... Ertzebuſſchof dar zu helpen ind dienen ſal mit dryehundert Rittern ind knapen gewapent, as lange as dat ſelue Botdinck weren ſal, ind bis dat gedaen is. Ind ouch dar zu ſal der ſelue Greue van der Marke in der zijt des Botdings dem vurſchr. Ertzebuſſchof, ind ſyme her, in ſyme lande, dar, ind danne zu rijden gunſtlichen herbergen, ind herbergen laiſſen mit vreden ind gemache, ind ſunder weder ſpraiche, Ind alle dieſe vurwerde ſo wie wir die hie vurbeſacht hain, die ſoilen ſtaen ind weren die vurſchr. tzien Jaire gantze alle vſſ, Ind ſturue der vurſchr. heren eyn bynnen dieſen ſelnen tzien Jairen ſo ſoilen alle dieſe ſelue vurwerden, as uerre die treffent an Boichem, ind an dat, dat dair zu gehoirt, ind an dat Botdinck doit ind quijt ſijn Ind ſal dan menlich beide van den ſeluen punten Ind ouch van den punten die in dem vurſchr. irſten brieuen hie vur behalden ind vngewandelt blinen as vurſchr. is: In orkunde ind ſtedicheit dieſer dinge han wir as Seger, ind mynlicher ſoener onſe Ingeſegele, Ind haint die vurſchr. partijen as volger onſer ſagen, ind dieſer mynlicher ſoynen irre Ingeſegele an dieſen brief gehangen. Ind wir Walraue van goitz genaden der heiliger kirchen zu Colne Ertzebuſſchof, ind des heiligen Roemſchen Rijchs in Italien Ertzekentzeler Ind wir Engelbrecht Greue van der Marken vurſchr. bekennen dat allit dat hie vurgeſchreuen is mit onſer beider wiſſen volgen ind willen geſacht ind geſchiet is. Ind wir geloyuen in guyden truwen dat allit vaſte ind ſtede zu halden, Ind dar weder nyet zu doen of zu begaden mit geynreleye ſynne behendicheit of argeliſt Ind wir hain des zu orkunde ind ſtedicheit onſe Ingeſegele an dieſen brief doen hangen. Gegeuen zu Colne in dem Jaire onſſ heren duſent druyhundert, nuyn ind vierzig des neiſten dages Jairsdage.

Digitized by Google

## 715.

**1349. Jan. 6. Zweiter Nachtrag zu dem Compromiß zwiſchen Erzbiſchof Walram und Graf Engelbert v. d. Mark von 1347.**

Nach dem Transſumpt im Lib. priv. Eccles. Colon. Nr. 184.

Wir Wilhelm van goitz genaden Marchgreue zu Guylche Jnd Reynart van Schonauwe here zu Schonenvorſt dun kunt allen luden want wir tuſſchen dem Eirwirdigen in xpo vader onſem lieuen heren heren Walrauen dem Ertzebuſſchof van Colne vur ſich ind ſijn Geſtichte op eyne ſijte, ind dem Edelen Manne Greuen Engelbrechte van der Marken vur ſich ind vur ſyne Eruen op ander ſijte gekoren ind geladen ſijn, zu ſagen eyn recht, of eyne mynne mit der partijen wiſſen, van der kirchengichte van Boicheim mit andern etzlichen ſachen dar vp wir eyns deils in eynre mynnen die ſelue partijen zu ſamen geſaiſſet ind verlijchet hain, alſo as die brieue van dem Compromiſſe, ind ouch van onſen ſagen die dar op gegeuen ind gemacht ſint, volkomentlich inhaldet.[402]) Jnd want wir an den ſelnen brieuen ons mynlichs ſagens ons macht behalden hain zu ſetzen ind zu nennen eyne zijt da entuſſchen wir van dem vurſchr. punte van der kirchengicht van Boichem ſagen ſulen, So ſijn wir des as nu zu ſamen eyndrechtig worden jnd ſetzen ind nemen die ſelue zijt dat wir dat ſelue punt enden ſoelen tuſſchen nu ind ſent Johans dagh Baptiſten zu midz ſomer die neiſt komen ſal Mit alſulchen vurwerden of wir Van demſelnen punt van der kirchengicht enbynnen dem vurſchr. ſent Johans dage die vurſchr. partijen nyet eyndrechtig machen mit eynre mynnen So ſagen wir as nu vur eyn recht, dat asdan na demſelnen ſent Johans dage die vurſchr. partijen ir yeclich ſal ſijns rechts warden, ind ſyme rechte volgen vur geiſtlichen gerichte jnd vur den Richtern, ind den Steden dat die ſelue ſache van rechte geburt Jnd ſal asdan bis ſij des mit rechte vur den ſelnen Richteren, ind op den Steden da dat geburt geſcheiden werdent, Jrre geyn dar vmb an den andern noch an die vurſchr. kirche, noch an eynich dat rechte of zubehoeren, dat der ſeluer kirchen zu behoert grijffen, noch dat anwerdigen mit geynreleye gewalt, noch mit geweltlichen ſachen. Jn orkunde des onſſ ſagens ind der vurſchr. ſtucke

[402]) Vergleiche die Urkunden Nr. 708. und 714.

han wir onſe Ingeſegele an dieſen brief gehangen Die gegenen wart des neiſten dages an dem heiligen druytziendage In den Jairen onſſ heren do man ſchreiff duſent druyhundert nuyn ind vierzich.[403])

## 716.

### 1349. April 2. Gewinnbrief über die Curtis Velthus (Vels zu Oeſtinghauſen.)

Nach dem Orig. im Archive des Waiſenhauſes zu Soeſt.

Notum sit omnibus et singulis quod provisores et persone *veteris hospitalis Susaciensis* locaverunt suam curtem *thon Velthus* cum suis attinenciis uniuersis *Hermanno Scultheto thon Suechus* pertinenti *Conrado* de *Meninchüsen* et suis heredibus colendam et possidendam ad *duodecim annos* continuos qui incipiunt currere in festo Michaelis proximo affuturo, ita quod inde solvent predicto hospitali quovis predictorum annorum *sex malta annone* videlicet unum maltum tritici, unum maltum siliginis, duo malta ordei et duo malta avene mensure susaciensis tempore ad hoc statuto, insuper dabunt singulis duodecim annis predictis dicto hospitali *medietatem fructuum crescencium* in curte antedicta, que dicuntur *ovet, octo pullos, quatuor anseres* et *centum ova*. Preterea condictum est, quod predicti quovis duodecim annorum prefatorum solvent domino *plebano in Ruden, octo solidos denariorum* nomine *pensionis*, item *quindecim denarios*, item *tredecim denarios* dictos *wedegelt*, et *tres denarios* et *tres quadrantes monasterio in Welvere* ministrabunt. Item predicti poterunt *secare ligna* dicta *jarhöwicholt* ad *comburendum* et ad *sepiendum, sed non ad vendendum* seu ad *deducendum* et tenebuntur arbores dictas *ecbome purgare* et *meliorare* ad usum dicti hospitalis. Item si antedicti posuerint seu edificari fecerint *horreum* in dicta curte hoc cum recedent possunt deponere nisi amicicia ipsis ob hoc a dicto hospitali exhibeatur, quod ipsum stare dimittant. Insuper antedicti his duodecim annis elapsis, quando recedent, poterunt licite deducere a curte prefata *medietatem stra-*

[403]) Die zwiſchen Erzbiſchof Walram und Graf Engelbert von der Mark geſchloſſenen Verträge, wurden auf St. Barbara 1350, zwiſchen dem Letzten und Erzbiſchof Wilhelm erneuert und beſtätigt.

Digitized by Google

*minum*, reliqua medietate ibidem remanente. In quorum testimonium sigilla honestorum virorum renoldi de kywe Gerhardi deghen et Godmari drosten consulum susaciensium ob preces hinc et inde presentibus sunt appensa, quod nos tres prenominati profitemur esse verum. Actum presentibus brunone make. rothghero de hattorpe anno domini M°. CCC°. quadragesimo nono. feria quinta ante dominicam in Palmis.[404])

## 717.

1349. Octob. 15. verkauft Gottschalk von Hennclare, dem Capitel zu Meschede, sein Kottammet für 16 Mark, mit Vorbehalt der Einkünfte desselben aus den Höfen zu Horn, Remlinghausen, Drasenbecke, Horbecke, Wedestapel, Langenbeck, Reiste, Dorrenholthausen, Stockhausen, und Endorf.

Nach dem Orig. im Archive des Stifts Meschede.

Universis presentes litteras visuris et audituris ego *Goscalcus* de *Hennclare* notum facio per easdem publice protestando, quod de consilio et consensu Conegundis matris mee legitime, *Johannis* dicti *Mutgenstorm* vitrici mei ac tutoris in hac parte, necnon aliorum heredum meorum et coheredum prout nomina tenent, vendidi rite et rationabiliter et vendo in hiis scriptis honerabilibus viris dominis, decano et capitulo *ecclesie Meschedensis*, jus seu officium vulgariter dictum *Kotammet*, quod a dicta ecclesia habui et habere debui cum omnibus pertinentiis in quacumque re vel specie consistant, pro sedecim marcis denariorum in dominio comitis de Arnsberg usualium et dativorum michi ab eisdem dominis et nomine ipsorum nummeratis et persolutis. Ita quoque à prefata ecclesia Meschedensi et à decano ac capitulo in illa pro tempore existentibus, nec non à curtibus ad eam pertinentibus ultra nemus sitis ac de curte in *Lederike* ex nunc in antea et perpetuum ratione dicti officii, ego et heredes mei seu coheredes antedicti quocumque quesito colore nichil petere debemus aut poterimus ullo modo, eo tamen michi et heredibus meis salvo, quod si quos redditus pecuniarios

[404]) Das Siegel ist abgefallen.

Digitized by Google

ratione dicti officii de jure ex antiquo habuimus et habere debemus ex curtibus infrascriptis, videlicet in *Horne*, in *Remelinchusen*, in *Drasenbeke*, in *Horbeke*, in *Wedestapele*, in *Langenbeke*, in *Reyste*, in *Dorrenholthusen*, in *Stochusen* necnon in *Rndorpe* illos petere et extorquere poterimus, in quo nos iidem domini non impedient, sed ad hoc inquantum in eis est benivole promovebunt, renunciantes in premissis omnibus contradictionibus, allegationibus, exceptionibus in genere et in specie facti et juris civilis et canonici, per quas effectus harum litterarum posset aliquatenus impediri. In cuius rei testimonium sigillum nobilis viri, domini mei, domini *Gotfridi* de *Arnsberg* comitis, una cum sigillis domini Craftonis de Meschede militis et Brunsteni de Muldensbern avunculi mei quia proprio sigillo careo ad peticionem meam presentibus est appensum. Et nos Gotfridus comes de Arnsberg protestamur nos sigillum nostrum maius hiis litteris apponuisse ad instantiam predicti Goscalci. Nos quoque Crafto de Meschede miles et Brunstenus de Muldensbern famulus, ad preces eiusdem Goscalci sigilla nostra huic scripto apposuimus in testimonio omnium premissorum. Acta sunt hec presentibus honestis viris Gerlaco de Matenbeke, Gotfrido de Hustene, Her. de Remelinchusen, Rotgero ipsius filio, Brunsteno de Muldesberne, Francone de Hongen ac aliis pluribus fide dignis. — Anno domini M°. CCC°. quadragesimo nono feria sexta post Gereonis et Victoris.[405])

## 718.

### 1350. (circa) Articuli de juribus Civitatis Medebacensis.

Nach einer alten Abschr. in der Urk. Samml. Seiberz-Wildenberg.[406])

Nota articulos de juribus civitatis. Primus est: — 1) Cum

[405]) Das große Reitersiegel des Grafen Gottfried ist zum Theile abgefallen, das des Ritters Kraft von Meschede ist noch gut erhalten, das dritte fehlt ganz.

[406]) Das Original dieser Artikel befand sich sonst im Archive der Stadt Medebach, ist aber jetzt nicht mehr vorhanden. Es liegt nur noch eine alte Abschrift derselben, in den Miscellaneis Civitatis Medebacensis vor, welche der westfälische Rath Joh. Adam Bockskopff geb. 1677 gest. 1753 (Seibertz westfälische Beiträge B. 1. S. 81.) im Jahre 1704 gesammelt hat und wovon der Herausgeber das

Digitized by Google

judicium cluitatis in diem jejunii, vel in diem feriatam venit, advocatus non presidebit judicio, nec convocabit scabinos, nec prefiget aliam diem judicialem pro illa die, imo pro illa die judicium penitus nullum erit. — 2) Item nemo poterit se obligare sub poena juris sui, quod dicitur *Landrecht,* ita quod illa obligatio teneat, sive vim habeat; nisi fiat coram judice habente auctoritatem judicandi ad mortem et ad corporis demembrationem — 3) Item bona cujuscunque generis, que alicui burgensium venduntur, vel impignorantur lucente die, non poterunt nec debebunt obligari sub eo sine actore, quamvis et de ipsis suspicio habeatur — 4) Item de fimo et de straminibus in communi platea jacentibus nemo judicabit, nisi civitas, sive consilium civitatis. — 5) Item excessus qui *Hussoke* teutonice appellantur, nec judicabit quisquam alius, nisi consilium civitatis utpote si aliquis causa lesionis, alicui in foro, communi platea vel in taberna insidiatus fuerit ipsum etiam non ledendo de talibus convictus insidiis, civitati summam tenebitur ad emendam, actori vero, cum non sit lesus, penitus ad nullam; nisi tales insidias ante suam curiam vel domum fecisse, aut ipsum in sua domo quesivisse convincatur, tunc etiam eidem vadiabit; sed quantum de illo sit recepturus, in consilii debet consistere potestate. — 6) Item si puella vel quevis mulier viro nupserit et ille decesserit heredem justum ex ea gnatum ab ipso non relinquens, universa bona sua principaliter possidebit et dimidietatem bonorum viri, secundum justitiam civitatis eidem collatorum retinebit, altera parte ad heredes memorati viri redeunte. Idem de muliere debet intelligi, nam persone legitime semper ad paria judicantur.[407]) — 7) Item si aliquis offenderit tempore consulum, quorum dignoscitur offensus, si decuerit, suum poterit offensorem coram ipsis convenire; sed anno illorum consulum evoluto, omnes discordie sive offense ipsorum anno sive tempore exorte et actiones eorundem, tam apud actorem, quam apud consules debent exspirare; nisi brevitas temporis vel

---

Original-Manuscript besitzt. Nach der Angabe Bockskopffs waren die Artikel auf eine lange Pergamenrolle geschrieben, worauf sich auch eine Abschrift des alten Medebacher Stadtrechts von 1165 (Urk. I. 55.) befand. Er klagt über die Handschrift: hec scriptura erat pervetusta, ita ut fuerit difficillima inter omnes mihi lectu. Die Zeit worin sie gemacht worden, geht aus den Artikeln nicht hervor. Indeß mahnen mehre derselben an früher mitgetheilte Statuten anderer Städte und namentlich an die Bestimmungen der alten Soester Schrae, weshalb wir ihr einen Platz zwischen beiden eingeräumt haben. Einige lateinische Anmerkungen von Bockskopff, theilen wir in den Noten mit.

[407]) Hoc adhuc hodie observatur. B.

absentia rei sit in causa, veluti si tales excessus infra postremos octo dies illius anni orirentur, aut reus ita se absentaret, ut nullo modo posset illo anno haberi, tunc excessus ad examen succedentium consulum erunt notorie suspendendi: si vero prefatus actor reum convenerit et ipsi emenda quecunque adjudicata fuerit, talem emendam à reo vel fidejussoribus eodem anno si voluerit recipiat, sciatis quod postmodum neque reum neque fidejussorem super promisso poterit impulsare: idem ipsum similiter de emendis consulum est intelligendum, si causa prelibata non impediat. — 8) Item si aliqua causa coram consulibus fuerit ventilata, vel ab ipsis forsitan, cum necesse sit, inchoata et illa sine debito jure, videlicet aut amicitia ab eisdem decidatur ipsorum successores sive alii quicunque imposterum super tali facto nec debent nec poterunt quicquam innovare, si quis vero secus facere presumpserit, sciat se majus vadimonium aud emendam maximam civitatis, sive civitatensium incurrisse.[408]) — 9) Quicunque monetarius adeo falsos monetat denarios, quod promereatur capitalem sententiam, dabit judici vel advocato tam ipsos falsos denarios, quam ejusdem operis argentum. si autem mediocris est excessus, videlicet circa X denarios vel infra, tunc vadiabit burgensibus summam emendam, de qua burgenses duas tollent partes et judex vel advocatus tertiam; monetarius tamen denarios et argentum ipsius operis retinebit. Ceterum si capitalis excessus mutatur vel mitigetur, quod absit, in summam emendam vel majus vadimonium, vadimonio illo emendato secundum justitiam vel amicitiam civitatis et judicis monetarius denarios suos et argentum retinebit ut supra dictum est. — 10) Item qui censum de agris vel domibus alicui singulis annis est daturus, vel agros illos vel domus aut censum simul aut separatim vendiderit illo nesciente ad quem pertinet census tenetur illi cujus est census coram foro (contractum)[409]) ostendere agros et domos et censum ab eisdem derivantem vel satisfacere competenter quamvis censum debitum statuto tempore persolvat agris et domibus non habitis in possessione. — 11) Item qui censum domuum statuto tempore non solverit, omnibus et singulis diebus. notorie requisitus post tempus statutum, vadiabit judici IIII solidos, quos persolvet intra tres septimanas; illi vero ad

---

[408]) Quod hic subsequitur erat quidem in eadem membrana, sed ex altera parte scriptum; ut scire nequeam, an spectet ad prius vel an sit copia alicujus privilegii, primum tamen credo. B.

[409]) Hoc non potui legere B.

Digitized by Google

quem pertinet census, vadiabit IIII solidos similiter, quos persolvet infra quatuordecim dies, sive census sit modicus sive magnus. — 12) Item quicunque vult aliquem convincere testibus in quadragesima sive in aliis feriatis vel jejuniorum diebus, potest, si vult. — 13) Item quicunque vult culpare injustam sententiam, debet non motis pedibus, deposito pileo, mitra, calcariis, gladio et manibus ante se compositis dicere: Sententiam illam contradico, quia magis justam exponam et tum proponere sententiam suam, *nominando oppidum vel*[410]) judicem a quo tenetur sententiam afferre, prestans super illa adducenda fidejussoriam vel pignoratitiam cautionem. — 14) Item quicunque est proclamatus et desententiatus, non potest alicui bona sua vendere vel impignorare, quia tertia pars omnium bonorum suorum spectat ad judicem et cetere due partes ad populum sub judicio ejusdem judicis existentem, donec prestet emendam judici et actori; post obitum vero desententiati pueros et heredes ejus predictus judex et populus vel actor non debent de jure nec poterunt in bonis suis, sive redditibus impedire. — 15) Item qui jus feudale, quod *lenwere* vulgariter appellatur, ab aliquo emerit, tenetur omnibus feudatariis feuda sua gratis concedere et absolvere, quod si noluerit, tenetur eos venditor guarantizare. — 16) Item qui decimam non solverit LX solidos vadiabit. — 17) Item omnes insidias, que fiunt in civitate *Medebach*,[411]) Sive de nocte, sive in die, consules judicabunt. — 18) Item quartum denarium de eo quod dicitur *Schlegelschatt*,[412]) tollunt de marca. — 19) Item cum volunt examinare denarios monetarii, tunc ambo Magistri Burgensium, cum judice et quibusdam consulibus accipiunt denarios imaginatos et bene mixtos in unum, in quatuor partibus ad instar crucis circa marcam, vel quantum voluerint et manifesto deferunt ad aurifabrum et eos examinent diligenter et omnem excessum, quem fecit monetarius in eis preter capitalem sententiam, judicabunt cives, salva parte judicis; sed de speciali et singulari emenda civium, id est de decem marcis et uno plaustro vini, nihil pertinet ad judicem vel advocatum. — 20) Item de injustis modiis et zonis, sive funiculis ad pannum lineum et lananum pertinentibus et omnibus que pertinent ad victualia, judicant consules. — 21) Item qui colloquium vel judicium advocati, in civitate existens, non

---

[410]) Hec tria vocabula erant similiter inducta, et supra scriptum: *appellando ad.* B.

[411]) Superscriptum est: Susatium.

[412]) Vergleiche Bd. I. Urk. 445.

servaverit, VII denarios cum obulis vadiabit; absens vero nihil. — 22) Item qui plateam Regis, vel viam regiam, que ducitur de foro ad portas et è converso, obstruxerit et super hoc impulsatus fuerit, LX solidos vadiabit advocato; sed de via que dicitur *Nohtstrate,* videlicet que ducitur ad murum, et qua mortui vel funera deducuntur ad coemiterium infra civitatem, judicium pertinet ad cives; ad advocatum vero extra civitatem, tam de regia via, quam de *Nohtstrata* judicium pertinet. — 23) Item qui testimonium quod coram advocato super re aliqua proposuit, debite ac juste non terminavit, LX solidos vadiabit advocato et reo I marcam; si vero actor reum super bonis aliquibus testimonio convicerit, reus cedet bonis et tamen II solidos vadiabit advocato. — 24) Item de vulneribus latenter et insidiose factis, LX solidi vadiantur. — 25) Item advocatus sine querimonia vel accusatione preconis, nullum civem impetere vel impulsare debet, nisi sepes vel aliud obstaculum viam regiam impediret. — 26) Item quamcunque emendam super pace in civitate habenda, cives inter se elegerint, si pacem fregerint, hanc etiam extranei, qui pace eadem uti voluerint, facient et servabunt. — 27) Item omnia vulnera quo acuto ferro fiunt, advocatus judicabit, sed que pugno vel baculo fiunt, judicabit judex. — 28) Item de excessibus clericorum, qui frangunt domos et verberant homines, decanus judicabit; nisi ipso facto in continenti reverberent (?) incipiant, quia tunc secundum excessum sortiuntur forum. — 29) Item si quis rogatus ad plebiscitum, abeat inermis, quia nemo coram judice debet armatus sine licentia comparere et viderit rogatores violentiam facientes, debet statim recedere et intimare tam ipsis violatoribus, quam aliis quod viderit, et precipue judici, pre metu mortis quod ipsis violatoribus non consentiat, sed magis doleat de tali facto, si insuper proclamatus fuerit et die sibi prefixo non competenter desententiatus fuerit, non potest jus suum recuperare, nisi coram Duce, per proprium corpus cum duello, si ibidem fuerit conventus ab actoribus, sed convinci non poterit aliter ab aliquo, nisi a Gogeravio vel judice, de manu Ducis judicium tenente et VII aliis hominibus fide dignis. — 30) Item qui verberat aliquem ad maxillas vel alias temere coram judice judicio presidente, sine licentia judicis, poterit capitali sententia condemnari. — 31) Item de decimis agitata querimonia, coram ecclesiastico judice sive sint feudales vel non; sed possessionis causa si est feudalis, debet coram domino feudi terminari. — 32) Item qui rem aliquam ab alio possessam per annum et tempus et diem, sine incusatione debita per judicem, usurpavit, is poterit capitali sententia condemnari;

Digitized by Google

nisi absens causa peregrinationis vel alterius negotii legitimi, possessionem illam infra terminum illum defendere vel rumpere non valeret. — 33) Item advocatus de jure neminem potest condemnare ad mortem, nisi in regia via vel bonis suis advocaticis sive liberis, sine licentia Regis. Hoc etiam teneas, quod si falcem, vel aliud acutum ferrum aliquis per viam vel forum portaverit et inde equus vel aliud animal eo ignorante lesus fuerit, advocatus id judicabit. — 34) Item advocatus furtum et perjurium coram ipso factum, et *notkoch* et falsarios judicabit; sed Gogeravius proclamationem et violentiam manifestam judicabit, sive etiam spolium et manifestum homicidium. — 35) Si aliquis injuste fuerit proclamatus, potest se extra juris ordinem expurgare et proclamatorem si voluerit, super injusta vexatione reconvenire et vincere duello. — 36) Item quilibet super suo soluto feudo potest esse judex de omni re ibidem contingente si consuetudo contraria non obstaret. — 37) Item si aliquis conqueritur de aliquo, quod agrum suum arando minoraverit actor potest ostendere cum stipitibus, quantum accepit reus et hoc unico juramento obtinere; si vero reus voluerit refigere stipites, poterit et debet cum duobus vicinis suis actore invito, quod refigit retinere. — 38) Item mulier habens pueros de pluribus legitimis viris, dabit semper seniori puero illud, quod dicitur *gerade* vulgariter; sed cliens tantum semel tollit illud et potest; filia vero potest accipere, quoties is dividatur sive de matre sive de sorore. — 39) Item qui injuste aliquem proclamavit, vadiabit adversario nimirum I et gogeravio V marcas. — 40) Item quemcunque minor advocatus desententiavit, gratiam consequi non valebit, dummodo judicium, quod dicitur *ban*, suscepit à Rege. — 41) Item animal vacans vel errans, infra annum et diem judici non dabitur sed ab ecclesia publicabitur illud et si dominus animalis medio tempore venit, solvet expensas curatori et recipiat illud; si vero animal vix sufficiat ad expensas solvendas vendetur notorie et de pretio curator conservetur indemnis. — 42) Item monetarius plures potest habere lares, in quibus fundat vel examinet argentum; sed in uno lare tantum debet monetare et signare denarios. — 43) Item quisquis vector cum ..... proximis, sive rotis leserit, licet; sed de remotiori rota non tenetur; si vero equus sine sponte vectoris, cum curru vel sine curru hominem occiderit, vector non tenetur, nisi equos recepit in sua sine licentia judicis. — 44) Item qui illicentiatus recedit ab advocato, vel ad consilium alicujus accesserit VII denarios cum obulis vadiabit, qui dicuntur: *Notschilling*. — 45) Item soluti homines, in synodo super



Digitized by Google

fornicatione non accusantur, nec ferie, vel dominicales dies fracte post nonam. — 46) Item qui coram consulibus aliquem incusavit vel infamavit de furto vel homicidio et hujusmodi, majorem emendam civitatis, consulibus vadiabit, si autem alias quam coram consulibus hoc fecerit, coram advocato super hoc poterit incusari. — 47) Item qui desententiatum notorie hospitaverit vel juverit et in ipso facto deprehensus fuerit, punietur quam desententiatus. — 48) Item quelibet villa vel curia licite potest uti stratis et viis ab antiquo observatis; sed si contigerit novas villas vel curias fundari, tunc ille nove ville vel curie deberent obtinere vias vel stratas in amicitia et licentia eorum, per quorum agros ponerentur. — 49) Item strate tam infra muros, quam extra, quedam sunt latiores, quedam sunt strictiores, sed eas in illa mensura volumus observare, qua ab antiquo sunt instaurate et nec advocatus nec quisquam alius debet vel potest contra illum tenorem attentare. — 50) Item advocati non interest de fimo in via regia projecto judicare, sed nos tollimus fructus de tali fimo provenientes et cum ipsis vias nostre civitatis emendamus. — 51) Item preco advocati quemlibet ad jus advocaticum pertinentem citare potest; sed locus et tempus distinguitur, quia nullo die celebri, nec in diebus quatuor temporum nec in vigiliis festorum citare potest. — 52) Item in nullo loco sacro, nec super bonis feudalibus, in quibus verus heres bonorum feudalium residet, nec super bonis, de quibus solvitur pensio cameralis, preco advocati debet vel potest officium citandi exercere. — 53) Item depositio domorum apud vias et stratas, solummodo pertinet ad civitatem et nulla prescriptio, quantacunque longa, potest nostram civitatem à jure talis depositionis removere. — 54) Item verba, quantumcunque turpia, magna vel parva, consules judicabunt.[413])

---

[413]) Anmerkung zur Urkunde 713. Durch ein Verſehen iſt im vorigen Druckbogen unter der Nr. 713. zum Jahre 1348 eine Urkunde geſetzt worden, welche bereits unter der Nr. 539. zum Jahre 1310 abgedruckt war. Die früher mitgetheilte, iſt Abſchrift des Originals, die ſpätere, aus einem Bredelarer Copiarium genommen; aus welchem, ſtatt derſelben, vielmehr eine andere, wirklich ins Jahr 1348 gehörende Urkunde, über die fraglichen Güter zu Widdene (einem ausgegangenen Orte bei dem heutigen Dorfe Madfeld, im ehemaligen Gogericht Brilon) gegeben werden ſollte. Um das Verſehen ſo ſchleunig wie möglich wieder gut zu machen, ſchalten wir hier einen Auszug der weggebliebenen Urkunde mit einigen Zuſätzen ein: —

Digitized by Google

## 719.

### 1350. Die alte Soester Schrae.

Nach dem Original-Codex im Soester Stadt-Archive.[414])

Dey aude Schrae der Stat van Soist.

In dem boke van deme ouersten gude scriuet meyster Boetius. dat man in allen beghinne sal anropen den allmech-

---

Vniuersis — Regenhardus prepositus, Gertrudis priorissa et conuentus sanctimonialium Cenobii in *Nouoquistelberg* Col. dyoc. salutem — Nouerint present. et posteri quod nos propter ineuitabilem nostram necessitatem — *Curiam* nostram *casas* et *mansus* nostros in villa et extra villam *Wyddene* sitos, cum eorundem integritatibus — proprietateque dicte curtis, casarum — ac directum dominium — *soluentes retroactis temporibus* nouem moldra annone, siliginis, ordei et auene, quinque solidos denariorum in *Mersberg* vsualium et nouem vncias ouorum *annuatim*, Religiosis viris Dno Abbati et conuentui monasterii in *Breydelar* vendidimus — (Besitz, Gewähr) Renunciantes omni juris auxilio in premissis canonici et ciuilis. In cuius rei testimonium sigilla nostra vna cum sigillo strenui famuli *Johannis* minoris castri *Padtberg* prefecti, judicis actu in Brilon, presentibus literis sunt appensa. Et ego Johs min. castri Padtbergh prefectus, famulus, iam dictus *judex a reuerendo patre et dno domino Archiepo Ecclie Colon. actu in Brylon constitutus* — sigillum meum — duxi — apponendum. Actum et datum ao dni M°. CCC°. XLVIII°. duodecimo kal. mens. Junij. In demselben Jahre, in die beati Brictij epi et confessoris verzichtet der Knape Johann v. Adorp, ein Stammverwandter der von Scharfenberg und Padberg (Note 302 zu der Urkunde 619.) auf alle Ansprüche an den Gütern zu Widdene und im folgenden Jahre 1349, in vigilia S. S. Cosme et Damiani martyrum, bekennt Abt Dither zu Bredelar, daß *Henhardus* conuentualis et portarius noster einen Theil, der Priester Hermann Wescheli zu Brilon aber drei Theile des Kaufpreises für gedachte Güter, unter der Bedingung hergegeben haben, daß der größte Theil tam ovilegii (Schaafheerde) quam usufructuum dicte curie, jährlich zur Unterstützung der infirmaria (Krankenwärterei) des Klosters verwendet werden solle.

414) Ueber die Soester Schrae und ihr Verhältniß zum alten Soester Stadtrechte, ist schon in der Anmerkung 56. zur Urkunde 42. des ersten Bandes, Einiges gesagt worden. Ueber den hier gelieferten Abdruck der Schrae, bemerken wir noch folgendes. Der ihm zum Grunde gelegte Text, ist der des alten Originals, im großen Soester Stadtbuche. Dieses, im größten Folioformat auf Pergament, in zwei Columnen geschrieben, giebt die einzelnen Artikel in Absätzen mit rothen Initialen, jedoch ohne Nummern. Am Rande stehen zwar dergleichen, aber aus späterer Zeit; sie fangen gleich mit der Einleitung an und zählen also Eins weiter als Emminghaus, welcher in seinen Memorabilibus Susatensibus p. 137, nur die Artikel

tyghen vader. unde ſcheppere aller dinch. wante ſunder ene neyn redelich an beghin mach ſtan. Hir umme ſo anrope wy de almechticheyt des vaders dat ſe uns bi ſta. an deme an beghinne. unde de wiſcheyt des ſones. dat ſe vns berichte in deme middele. unde de ghuyde unde de gudertyricheyt des heylighen gheyſtes. dat ſe uns helpen. dat wi unſe werch brengen vp eynen ghuden ende. alſo dat et ſi diſſen dren vorghenomeden. de dar ſin dryualdich in den Perſonen. unde eiweyldich in den ſubſtantlichen Weſene ſi to groter ere vnde loue. unde der ſtat van Suſt vnde allen ghuden luden to eyndracht, nut vnde vrede. Amen.

Nv ſal horen dey ghemeynheyt der borghere. dat alde ghekorne vnde gheprünede recht — 1) To deme eyrſten. So wanne eyn Erſſebiſſchop to Colne ghe korn vnde geſtedighet is. wan he darna eyrſt kumet in de ſtat van Suſt. ſo ſal man ene erliken vntfan. vnde he ſal der ſtat bekennen. alle de Recht. de de ſtat van allen ſinen vore varen behalden heuet. Alſo he dat heuet ghedan. ſo ſal eme de Rayt hulden. vnd gheuen eme to wilkome hundert marc alſo ghedanes gheildes. alſe to Suſt ghenge vnde gheue is. unde dar to twelf ame wines — 2) Vortmer. So[415]) wanne eyn Domproueſt to Colne ghe korn unde gheſtedighet is. wan he dar

---

ſegede my alſo vele vor, dat ich dit gedain hebbe, dar ich mynen herren dem Ertzenbuſſchoue der heyliger kirchen van Colne vnd ſynem Geſtichte vnrecht an dain hebbe, want myn alder vader vurgenant die ſelue twe houe to leene hadde van vurvaren, wanner Ertzebuſſchouen zu Collen Jnd ich na ouch dieſelue twe houe entfangen hain van mynen heren dem Ertzebuſſchouen van Colne die nu lebt. Jn vrkunde dieſer dincge, So hain ich myn Jngeſiegel her an gehangen in eym tuge der warheit Gegeuen na goitz geburt, do man Talte drutenhundert, twe ind vyftich Jaer, des neiſten Saterſtages, na des heiligen lychams dach.

## 725.

1353. Jan. 21. verordnet Erzbiſchof **Wilhelm**, daß alle Auswärtige, welche von Häuſern und Gebäuden in Rüden, jährliche Geldrenten ziehen, davon auch zu bürgerlichen Laſten beitragen ſollen.

Nach dem Orig. im Archive der Stadt Rüden.

Nos *Wilhelmus* — Archiepiscopus — notum facimus — quod cum opidani nostri in *Ruden*, propter redditus et diuersas pensiones annuas, de domibus edificiis et bonis opidi sui, Extraneis vtriusque sexus hominibus, annuatim soluendas, in pecuniis, contributionibus et seruitiis, nobis et ecclesie nostre faciendis, valde deficere videantur; Etiam cum — domus et edificia dicti opidi nostri, ratione oneris prenarrate pensionis, *tanquam desolata et confracta relinquuntur*, volumus et ipsis presentibus indulgemus, ymmo precipimus et mandamus, vt omnes Extranei vtriusque sexus homines, habentes redditus seu pensiones annuas — de domibus, edificiis et bonis, dicti opidi nostri, vigilias, contributiones et alia jura opidalia, equaliter aliis opidanis..... faciant de eisdem, nisi hujusmodi redditus et pensiones — venditi seu alienati fuerint, cum nostro aut predecessorum nostrorum beneplacito, voluntate, aut nisi possessores ipsorum redditnum et pensionum, eosdem — tanto possederint tempore, quod forsan propter hoc, ad vigilias contributiones et alia jura, — de consuetudine uel de jure..... non teneri. In cujus rei testimonium sigillum

nostrum presentibus est appensum. Datum Bunne ipso die beate Agnetis virg. Anno dni M°. CCC°. Quinquag. tertio.[482])

## 726.

1353. Juli 25. verkauft Andreas Biſchof zu Schmalenberg, dem Abte Diedrich von Schnellenberg zu Grafſchaft, einen Hof zu Wiſentorp, mit Bewilligung ſeines Lehnherrn Johann, Edelherrn von Bilſtein.

Nach dem Orig. im Archive des Kloſters Grafſchaft.

Nouerint vniuersi — quod nos *andreas* dictus *beyshop* et hermannus filius suus de smalenberg — vendidimus venerabili domino *Theoderico de snellenberg* abbati et.. Conuentui Monasterii in *Grayscap* mansum nostrum in *wisentorp* — quem quidem mansum *Degelo* dictus *greue* ibidem colit, et quem a nobili viro domino *Johanne de bylsten* in pheodo tenuimus et hoc cum consensu eiusdem domini de bylsteyn, cui etiam jus nostrum quod wlgariter dicitur *manscap* resignauimus — pro certa quantitate pecunie nobis — persoluta — Promittentes ipsis — debitam warandiam, In cuius rei testimonium dedimus presentem literam sigillo predicti domini de bylsten, quia propriis sigillis caruimus, firmiter conmunitam, Et nos *Johannes nobilis dominus de bylsten* recognoscimus — quod — dedimus — proprietatem predicti mansi — ad petitiones predictorum andree et hermanni — domino.. Abbati — et.. Conuentui in Grayscap perpetue — possidendam etc. — Testes qui hiis aderant, sunt arnoldus gograuii monachus in Grayscap Johannes dictus greue de apentorp et Johannes dictus spigel opidanus in smalenberg, ac alii quam plures fide digni. Datum anno domini M°. CCC°. L°. tertio. In vigilia beati Jacobi, apostoli majoris.[483])

---

[482]) Die Urkunde hat ſehr durch Moder gelitten und iſt daher an einzelnen Stellen unleſerlich. Das an einem abgeſchnittenen und durchgezogenen Pergamenſtreif gehangene Siegel iſt abgefallen.

[483]) An der Urkunde hängt das größere Siegel des Edelherrn Johann v. Bilſtein, in gelbem Wachſe; welches in einem einfachen Schilde, mit Arabesken-Einfaſſungen, die 3 Bilſteiner Balken darſtellt. Es führt die Umſchrift: S. Nobil... Johan..... steyne.

Digitized by Google

## 727.

**1353. Dez. 15. verleiht Kaiſer Karl IV. dem Erzbiſchofe Wilhelm das Recht, die von den Freigerichten Verurtheilten zu begnadigen.**

Nach dem Orig. im früheren Arnsberger Archive.

*Karolus* d. g. Rom. Rex S. A. et Boemie Rex notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod ven. *Wilhelmus* Colon. Archieps S. J. per Ital. Archicancell. princeps noster dilectus in nostra constitutus presentia nobis significare curauit qualiter sepius et pluries nonnullos homines *in ducatu Angarie et Westfalie* residentes contingit per judicium comitum scabinorum comitatuum liberorum qui vulgariter *frygraifschafft* vel *stilgericht* nuncupantur nullis eorum demeritis exigentibus minus debite condempnari Quare dictus Archieps pietate motus super premissis instanter petens per nostram celsitudinem de oportuno remedio prouideri Nos de fidei necnon circumspectionis et legalitatis industria prefati Archiepi singularem fiduciam obtinentes sibi et successoribus suis ut condempnatos siue proscriptos necnon imposterum condempnandos vel proscribendos per judicium comitum et scabinorum comitatuum liberorum predictorum infra dictum ducatum consistentium ad quoscumque cuiuscumque dignitatis condicionis et status pertinentium fame et honoribus pristinis in totum et libere restituere et reintegrare possint et valeant auctoritate nostra Regia indulgemus ipsisque plenam et omnimodam damus et concedimus facultatem dum tamen eidem Archiepo vel suis successoribus liquide constare poterit dictos tales condempnatos fore minus debite, vel proscriptos. In cuius rei testimonium presentes scribi et sigilli nostri iussimus appensione muniri. Datum Maguntie ao dni M°. CCC°. LIII°. Indictione sexta XV kalend. Januarii Regnorum nostrorum anno octauo.[484])

---

[484]) Das an gelb- und rothen Schnüren gehangene Siegel iſt abgefallen. Nach einer Kindlingerſchen Abſchrift, iſt dieſe Urk. auch mitgetheilt in Wigands Femgericht S. 245. — In einer, zu Mailand ausgeſtellten Urk. v. 5. Jan. 1355, worin Kaiſer Karl den Erzbiſchof Wilhelm auf deſſen Vorſtellung: quod villa *heymersheim up de tzwysten* — infra parochiam eiusdem ville non sit in alicuius domini de quo constet *superioritatis dominio* constituta sed

Digitized by Google

## 728.

**1353. Dez. 15. beſtätigt Kaiſer Karl IV. dem Erzbiſchofe Wilhelm das ausſchließliche Recht, innerhalb des Ducats von Weſtfalen, Freigrafen und Freiſtühle anzuordnen; indem er alle dawider von ihm und Kaiſer Ludwig ertheilte Conceſſionen, als nichtig widerruft.**

Nach dem Orig. im früheren Arnsberger Archive.

*Karolus* d. g. Rom. Rex semper Aug. et Boemie Rex notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod venerabilis *Wilhelmus* Colon. Ecclie Archieps S. J. per Ital. Archicancellarius princeps noster dilectus in nostra constitutus presentia nobis significare curauit quod licet *ducatus Angarie et Westfalie* ex donatione Imperiali ad Eccliam Colon. pertinuerint et pertineant ab antiquo et ratione ducalis dignitatis omnes comitie libere eiusdem ducatus siue jurisdictiones que vulgariter *frygraifschafft* vel *stilgericht* appellantur ad ipsum Archiepum suosque predecessores et ad Eccliam Colon. pertinuerint et pertinere noscuntur, sic quod nullus cuiuscunque status vel conditionis aut dignitatis infra ipsum ducatum aliquam comitiarum liberarum seu jurisdictionum predictarum habere possit vel debeat nisi per Archiepum Colon. pro temp. existentem infeodatus fuerit de eisdem Nonnulli tamen premissorum veritate suppressa à nobis necnon à quondam *Ludwico de Bauaria* qui sibi Romanum Imp. de facto indebite usurpabat tales comitias seu jurisdictiones infra supradictum ducatum se obtinuisse se quoque infeodatos esse asserunt de eisdem Quare nostre celsitudini dictus Archieps instantissime supplicauit ut sibi et Ecclie sue super premissis dignaremur

---

certe persone dicte ville et parochie sibi consueuerunt eligere inter se annuales judices de alto judicantes ibidem — ipsius Archiepi supplicationibus — annuentes — archiepo — jura *superioritatis* et *excelsi dominii* que et in quantum nobis Regno vel Imperio in prefata villa — competunt — mit Kaiſerlicher Munificenz ſchenkt, fährt er fort: ceterum *quin sepius et pluries* etc. und wiederholt nun nicht bloß den Inhalt der oben im Text mitgetheilten Urkunde von 1353, ſondern nach den weiter folgenden Worten: *quod licet ducatus* etc. auch den der folgenden, am nämlichen Tage zu Mainz ausgeſtellten und bedroht dann die Uebertreter noch mit einer Strafe von 50 Mark reinen Goldes, wovon die eine Hälfte dem Königl. Fiscus, die andere den: passis injuriam, zufallen ſoll.

Digitized by Google

de oportuno remedio prouidere. Nos itaque qui Augustalis potentie dignitati licet insufficientibus meritis celestis dono gratie presidemus, sanctas et venerandas Ecclesias ministros quoque ipsius ex nostri debito officii in suis confouere juribus affectantes omnes et singulas concessiones et infeodationes nouas quibuscumque personis de comitiis et jurisdictionibus supradictis per nos et supra dictum Loedewicum de Bauaria factas cum eorum sequelis et effectibus subsecutis reuocamus cassamus et de certa nostra scientia penitus irritamus Antiquis concessionibus infeodationibus siue jurisdictionibus dumtaxat exceptis quas in suo robore volumus permanere harum nostrarum et testimonio litterarum quibus nostre maiestatis sigillum duximus appendendum Datum Maguntie ao dni M°. CCC°. LIII°. Indictione sexta XV. kalend. Januarii Regnorum nostrorum anno octauo.[485])

## 729.

1354. Febr. 14. verkaufen die Hofesleute von Ober- und Nieder-Salvey, zum Vortheil ihrer Kapelle, dem Convent der Kirche zu Oedingen, ein Markenrecht in ihrem Walde.

Nach dem Orig. im Stadt-Archive zu Werl.

In nomine domini amen. Nos *villici conciues in Saluegge* superiore et inferiore, matura prehabita deliberatione, vendidimus et voluntarie tradidimus, pro vtilitate capelle nostre, conuentui Ecclesie secularis, *in Odyngge*, vnam marcam in silua nostra, pro lignis cedendis jure quo cedunt alij confines, ad curtem ecclesie predicte, sitam juxta pontem in superiore saluegge perpetuis temporibus spectaturam, pretium eius nobis cultore predicte curtis dicto *fomele*, tunc temporis, pro salute anime sue numerante In cuius testimonium, quia sigillo caremus, presentem cedulam, sigillo plebani in slypruden *Hartleui* confinis nostri petiuimus sigillari, Et Ego hartleuus sciens premissa uera esse, rogatus, sigillum meum apposui huic

[485]) Das an roth- und gelben Schnüren gehangene Majestätsiegel ist abgefallen. Die Urkunde ist auch abgedruckt in *Joannis* Spicileg. tabular. veter. p. 51.

Digitized by Google

scripte, dato in die valentini martiris anno dnj mill. CCC°. Lmo. quarto.[486])

## 730.

1354. März 31. tritt Gerhard von Jülich dem Landfrieden bei, welcher zwischen dem Erzbischofe von Cöln, der Stadt Soest, den Bischöfen zu Münster und Paderborn und dem Grafen von der Mark abgeschlossen war.

Nach dem Orig. im Archive der Stadt Soest.

Wir Gerard Elste sun zu Guylche greve van dem Berghe ind van Ravensberg bekennen vur allen luden in desem offenen breve, Dat wir den lantvreden den der Eirsame herre her Wilhelm Ertschebischof van Coellen mit sime lande zu Westfalen ind mit synre stad van sost, her Lodewyg bischof zu munstere mit sime gantzen gestichte ind mit synre stat van munstere, her Baldewin Bischof zu Paderburne mit sime gantzen gestichte, her Engelberd greve van der marka mit sime lande ind mit der stat van Dortmunde, haint geloist gesworen beschreven ind besegelt, hain geloist ind gesworen mit yn vur unse vurgenant lant van deym Berge den selven lantvreden in alle den stucken also as yre breve inne haldent zu hoeden ind zu waren na al unser macht ind moige sunder alrehande argelist. Ouch bekennen wir, dat wir zu selven lantvreden zubeschirmen soelen halden vur unse vurgenant lant van deym Berge vunftzein man goder lude gewapent in alle der wys as der vurgenant hern ind der stede breve inne habent. Ind deser vurschreven dinge zu gantzer stedicheit so hain wir unse ingesegele an desen breif gehangen de durch deser vurgeschreven hern ind stede breif ys gestechen. **Datum anno domini M°. CCC°. L°. quarto feria secunda proxima ante palmas.**[487])

---

[486]) Das an einem abgeschnittenen und durchgezogenen Pergamenstreif hangende, in weißem Wachse abgedruckte Siegel, ist gut erhalten.

[487]) Das Siegel ist abgefallen; die Hauptbriefe woran diese Transfix gehangen, sind verloren.

Digitized by Google

## 731.

**1354. Sept. 5. versichert Graf Gottfried IV. von Arnsberg, dem Erzbischofe Wilhelm die ungestörte Ausübung der geistlichen Gerichtsbarkeit in der Grafschaft Arnsberg.**

Nach dem Transsumpt im Lib. priv. Eccles. Colon. Nr. 200.

Wir Goedart Greue zu Arnsberg dun kunt allen luden de desen brieff soelen sien of hoeren lesen, want tusschen onsme Eirwirdigen in goide vader ind heren hern Wilhem Ertzebusschof zu Colne op eyne sijte, ind ons op ander sijte tzweyunge ind tzwist operstanden waren as van dem Geistlichem gerichte dat yme van rechte in onsme lande zugehoirt, ind zu gehoiren sal So bekennen wir vur ons, onse eruen, ind nacoemlinge mit guiden ind vrijen mude ind willen, ind mit gantzem vurraide dat wir dan aß mit onsme vurschr. heren van Colne gentzlichen ind luterlichen gesoynt gesaist ind gesat sijn Also dat wir in onser Graisschaff van Arnsberg ind in alle onsen landen onsen vurschr. heren van Colne synen nacoemlingen ind allen geistlichen Richteren iren vnderdenigen vredelichen ind restlichen soilen laissen gebruichen ires geistliches gerichtes ind rechtes Also as yn dat van rechte of van gewoenden zu gehoert Ind sij ind die boiden die brieue dar af brenget Ind ouch die paffen den die brieue geschreuen werdent, of die der seluer brieue gebot doen soilen in gheynre wijs hindern noch croeden noch yn dat verbieden, heymelichen noch offenbaire ouermitz onss selue of onse Amptlude of yeman anders Ind diese igenwordig soyne so wie sij hier vur geschr. steit han wir vur ons onse eruen ind onse Nakoemlinge vurschr. in truwen geloist ind gesichert vaste ind stede zu halden Alle behendicheit nuwe vunde vssgescheiden Ind des zu vrkunde han wir onse ingesegel an diesen brief gehangen Gegeuen zu Sueſt In dem jaire onss heren dusent druyhundert vier ind vunfftzich, des vrydages vur onser vrauwen dach dat sij geboiren wart.



Digitized by Google

## 732.

**1354. Sept. 5. verzichtet Graf Gottfried IV. von Arnsberg, auf das hohe Gericht zu Córbeke, auf Galgen und Rad zu Westrich, zu Gunsten des Erzbischofs Wilhelm.**

Nach dem Transsumpt im Lib. Privil. Eccles. Colon. Nr. 199.

Wir Goebert Greue zu Ansberg dun kunt allen luden, die dieſen brief ſoilen ſien of hoeren, want vmb dat hogerichte ind dat Eruce zu Corbeke, ind die Galge, ind dat Rat zu Westrich tzweyunge ind tzwiſt op erſtanden waren, tuſſchen onſme Eirwirdigen in goide vader, ind heren heren Wilhem den Ertzebuſſchof zu Colne op eyne ſijte, ind vns op ander ſijte So bekennen wir vur ons onſe Eruen ind Nacoemlinge mit guiden ind vrijen mude ind willen, ind mit gantzen vurraide, dat wir dan aß mit onſme vurſchr. heren van Colne gentzlichen ind luterlichen geſoynt, geſaiſt, ind geſat ſijn.. Alſo dat wir dat ſelue hogerichte ind dat Eruce zu Corbeke, ind die Galge ind dat Rat zu Weſterich zu maile neder gelacht ind afgedaen hauen Alſo dat wir, onſe Eruen ind Nakoemlinge die nummerme weder oprichten enſulen, of enmugen, of doen · oprichten of wederſetzen, noch derre gebruichen, noch onſen vurſchr. heren van Colne, ſyne Nakoemlinge, of ſijn Geſtichte dair an hinderen, noch krueden, in eyncherhande wijs, of mit eyncher behendicheit, ſynne off argeliſte Ind dieſe tgenwordige ſoyne, ſo wie ſy hie vurgeſchr. ſteit, han wir vur ons, onſe Eruen, ind onſe Nakoemlinge vurſchr., in truwen geloift ind geſichert vaſte ind ſtede zu halden, Alle behendicheit, nuwe vunde, ind argeliſt vſſgeſcheiden. Ind des zu oirkunde han wir onſe Ingeſegel an dieſen brieff gehangen Gegeuen in dem Jaire onſſ heren duſent druyhundert vier ind vunfftzich des vrydages vur onſer vrawen dage dat ſij geboiren wart.

Digitized by Google

## 733.

**1354. Sept. 5. verzichtet Graf Gottfried IV. von Arnsberg, auf das Eigenthum des Hohgerichts von Schmalenberg, zu Gunsten des Erzbischofs Wilhelm, der es ihm zu Mannlehn wiedergiebt.**

Nach dem Transsumpt im Lib. Privil. Eccles. Col. Nr. 198.

Wir Goebert Greue zu Arnsberg dun kunt allen luden die dieſen brief ſoelen ſien of hoeren leſen, Want vmb dat hogerichte van der Smalenborg, mit alle ſyme rechte ind zubehoeren, alſo as wir dat bis her beſeſſen hain ind beſitzen tzweyunge ind tzwiſt tuſſchen onſen Eirwirdigen in goide vader ind heren heren Wilhem Ertzebuſſchof zu Colne op eyn ſijt, ind ons op ander ſijt operſtanden waren So han wir vur ons ind onſe Eruen ind Nakoemlingen mit guden ind vrijen mude ind willen, ind mit gantzen vurraide ind vurdachten ſynnen bekant, ind bekennen oeuermitz dieſen tgenwordigen brief, vur eyne gantze ind eweliche ſuyne, dat der eygendum des vurſchr. hogerichtz van der Smalenburch mit alle ſyme rechte, ind zubehoeren as verre ind as wijde as dat wendit ind reichit, des Geſtichtz van Colne her vurmals geweiſt is, ind noch is ind vortme ewelichen ſijn ſal. Jnd dat onſe vurgeſchr. here van Colne, ons mit dem ſelnen hogerichte benadet, ind ons dat zu rechten Manleen ind zu leens rechte geleent hat. Jnd dat wir dat ſelue hogerichte van yme ind van ſyme Geſtichte zu Manleene vntfangen hain ind halden ſoilen Jnd yme dar vmb gehuldet hain, as gewoenlich is, vſſgenomen dat vurgeſchr. hogerichte, as verre ind as wijde as dat reicht ind wendet oeuer die Stat zu der Smalenburch, ind oeuer ire veltmarke, ind oeuer die tzwey kirſpelleene ind Oeuerenhundemen Alſo dat dat ſelue deil deſſelnen hogerichtz, nu an, ind vortme ewelichen ind Vur eigen ind Erue bliuen ſal onſme vurſchr. heren heren Wilhelm Ertzebuſſchof, ſinen Nakoemelingen, ind dem Geſtichte van Colne vngekrudt ind vngehindert van ons ind onſen eruen, ind Nakoemlingen Jnd des zu Oirkunde ind ewige ſtedicheit hain wir onſe grois Ingeſegel an dieſen brief doin hangen, Die gegeuen wart in dem Jaire onſſ heren do man ſchreif duſent druyhundert, vier ind vunfftzich op den neiſten vrydach vur onſer Brauwen dach den man zu latine heiſſet Natiuitas.

## 734.

**1354. Sept. 5. verzichtet Graf Gottfried IV. von Arnsberg, auf alle Ansprüche an der Herrschaft Ardey, zu Gunsten des Erzbischofs Wilhelm, der sie ihm zu Mannlehn wieder giebt.**

Nach dem Transsumpt im Lib. Privil. Eccles. Colon. Nr. 197.

Wir Goedert Greue zu Arnsberg dun kunt allen luden die dieſen brief ſoilen ſien of hoeren leſen, Want vmb die heerſchaff ind dat guyt vamme Ardey mit alle iren rechten ind zubehoeren Alſo as wir die bisher beſeſſen hain ind beſitzen tzweyunge ind tzwiſt tuſſchen onſme eirwirdigen in goide vader ind heren heren Wilhem Ertzebuſſchouen zu Colne, op eyne ſiite, ind vns op ander ſijte op erſtanden waren So hain wir vur ons, ind onſe Eruen, ind nacoemlinge mit guyden ind vrijen muyde ind willen ind mit gantzen vurraide ind vurdachten ſyune bekant ind bekennen oeuermitz dieſen tgenwordigen brief vur eyne gantze ind eweliche ſuyne, dat der eygendum der heerſchaff ind des guydes van Ardey mit alle iren rechten ind zubehoeren des Geſtichtz van Colne geweiſt is ind noch is Jnd dat onſe vurgſchr. here van Colne mit der ſelner heerſchaff ind guyde vamme Ardey ons benadet, ind ons die zu rechten Manleene ind zu leens rechte geleent het, ind dat wir die van yme ind van ſyme Geſtichte van Colne zu rechten Manleene entfangen han, ind halden ſuleu, ind yme dar vmb gehuldit hain, as gewoenlich is, Beheltniſſe doch onſen vurſchr. heren van Colne des tzeynden zu Huſtene, ind alle des guides ind rechtz van der heerſchaf vurſchr. vamme Ardey,[488]) dat he, of yeman van ſynre wegen nu ynne het, ind bisher beſeſſen hait ind beſitzet Alſo dat wir onſen vurſchr. heren van Colne mit onſen offenen brieuen ind op onſen eyt beſchreuen ſoilen geuen bynnen eynen Maende neiſt volgende dat um dies briefs wat ind wie vil wir deſſelnen guydes beſitzen ind ynne hauen, ind ſo wes wir yme nyet alſo beſchreuen engeuen, dat dar enboyuen in den koufbrieuen die onſe here van Colne vurgeſchr. dar af het, ſteit beſchreuen, dat ſullen wir onſme vurſchr. heren van Colne ſynen Nacoemlingen, ind ſyme Geſtichte truwelichen vſſrichten, ind yn darzu mit onſem Gerichte helpen, dat ſij dat erkrigen, as verre as dat in onſme Gerichte, ind lande gelegen is, Alle Argeliſt ind behendicheit vſſgeſcheiden Jnd des zu oir-

[488]) Vergleiche die Urkunde 538.

Digitized by Google

kunde ind ewige ſtedicheit hain wir onſe groiſſe Ingeſegel an dieſen brief doin hangen, Die gegeuen wart zu Suyſt In dem Jaire onſſ heren do man ſchreif duſent druyhundert ind vier ind vunftzich, op den neiſten vrydach vur onſer vrauwen dach den man zu Latine heiſſet Natiuitas.

---

## 735.

**1354. Sept. 7. giebt Erzbiſchof Wilhelm den Städten Rüden, Warſtein, Kallenhart und Belecke die Befugniß, die auf ihren Fluren von Einzelnen geweideten rheiniſchen Schafe zu vertreiben.**

Nach dem Orig. im Archive der Stadt Rüden.

Nos *Wilhelmus* — notum facimus — Quod dilecti nobis.. Proconsules et Consules ac Vniuersitates opidorum et opidanorum nostrorum in *Ruden Warstene Kalhart* et *Bedelike* nobis querulose significauerunt, quomodo et qualiter diuersi utriusque sexus homines in districtibus et territoriis dictorum opidorum nostrorum commorantes *innummerabilem* et *nimis excessiuam, ouium que oues Renenses vulgariter appellantur multitudinem* retroactis temporibus tenuerint et habuerint teneant et adhuc habeant indifferenter, dictas quoque oues Renenses in agris et pascuis ipsorum opidanorum nostrorum plus et frequentius quam in aliis minari pasci seu pabulari faciant et procurent, propter quod pecora eorundem Opidorum nostrorum plus solito macrescunt, et sic pastura eis sublata periunt, agri quoque ipsorum infertiles omnino redduntur, et per consequens ipsis exinde dampna notabilia accrescunt. Quare nobis humiliter supplicauerunt iamdicti subditi nostri, quatenus nos ipsis super premissis oportuno remedio dignaremur consulere ac prouidere. Nos igitur attendentes pure deuotionis et fidelitatis qua dicti opidani nostri erga nos et ecclesiam nostram semper indefessis obsequiis se exhibuerunt et continue exhibent promptos beniuolos et paratos et ob hoc ipsorum necessitatibus in hac parte succurrere volentes vniuersis et singulis dictarum ouium Renensium possessoribus mercenariis et pastoribus interdicimus et districtius auctoritate presentium inhibemus, ne decetero intra terminos seu limites jurisdictionis nostre dictis quatuor opidis nostris conjunctim uel diuisim attinentes predictas oues Renenses recipere tenere habere aut pascere presumant quoquomodo, Siquis enim uel siqui ex eis contra

Digitized by Google

hanc nostram inhibitionem et interdictionem dictas oues Renenses in prefatis terminis amplius recipere tenere uel habere presumpserint Commisimus et per presentes committimus seriosissime mandantes.. Marscalco ac officiatis nostris terre Westphalie, pro nunc et pro tempore existentibus, vt ipsi sine alio quocunque mandato nostro super hoc expectando, de ouibus renensibus illorum presumentium tam diu vice et auctoritate nostra se intromittant et illas teneant, donec nobis de hujusmodi excessibus possessores et pastores earundem ouium competenter satisfecerint et emendam prestiterint condecentem. In quo si forte predicti.. marscalcus uel.. officiati nostri seu eorum substituti negligentes uel remissi fuerint dictis opidanis nostris easdem oues Renenses repellendi et amouendi per se uel alios concessimus et tenore presentium concedimus plenam et liberam potestatem. Dantes eis has literas. sigillo nostro sigillatas in testimonium super eo.. Datum Susati in vigil. natiuitatis bte Marie virg. Anno dni M°. CCC°. quinquagesimo quarto.[489])

## 736.

1354. Sept. 9. gehen die Städte Rüden, Warstein, Kallenhart und Belecke, aus Veranlassung des ihnen von Erzbischof Wilhelm gegebenen Privilegs, die rheinischen Schafe zu vertreiben, ein ewiges Bündniß miteinander ein.

Nach dem Orig. im Archive der Stadt Rüden.

Wy borghermester vnde Ratlude vnd vordmer ghemeyne borghere, tho Ruden, tho Warsteyn, Calehart vnde tho Beddelicke, bekennet oppenbaer vnde bethughet allen den, de dyssen breff seyt vnd hored lesen, dat wy dorch manigher leye not willen, de vns anligende is, bi namen von der ghenade weghene, de vnse herre, her Wilhem ersebyscoph von Colne, vns ghegheuen heft, de Ryneschen scaph tho vordriuene, hebbed vns endrechtliken sementliken vorbunden vnd louet vnder eyn, mit samender hant, in guden truwen vnde an edestat, alse verre alse id vns moghelich vnd erlich thodonde

[489]) Das an einem abgeschnittenen und durchgezogenen Pergamentstreif gehangene Siegel ist abgefallen.

is, dat eyn juwelch vnſer, deme anderen ſal behulplich weſen, mit lyue vnd mit gude, in allen noden, de vns anligende ſint vnd noch anligen moghen, alſe verre alſe wy recht hebben. Were d ok, dat Jemant dyſſer verer ſtede welk, vor vnrechten wolde, ſo ſolden wy anderen recht vor ſe beden, mochte en dan neyn recht weder varen, ſo ſolden wy anderen en behulplich weſen, in alle der wyſe, alſe hir vore beſcreuen is. Vordmer dat dyſſe vorbindinghe deſte vaſter blyue, ſo ſal eyn juwelich alt rath, wenne de af komed, dem anderen rade, de gheſath werdet, dat beuelen in ere ede, dat ſe dyſſe vorbindinghen halden ſolen, alſo, alſe hir vore geſcreuen is. Ok is hir by namen vt gheſeghet, dat dyſſe vorbindinghe vnde loſniſſe, weder vnſen herren von Colne, ſynen marſcalc vnde ammetlude, mit nener leye wis weſen en ſal. Vppe dat dyt ewichliken jummer mey vaſt vnd ſtede blyue, ſo hebbe wy dyſſen bref ſementlik beſeghelet, mit vnſen Jngheſeghelen do men ſcref, na der gheburt goddes, duſent Jar, drehundert Jar, jn dem vere vnd viftigheſten jare, des neyſten daghes der hylghen iuncvrowen ſencte Marien, alſo alſe ſe gheboren wart.[490])

## 737.

**1354. Sept. 15. Vergleich zwiſchen Bernhard, Herrn v. d. Lippe und Erzbiſchof Wilhelm, über zwei Burglehne zu Rüden und Hoveſtadt.**

Nach dem Transſumpt im Lib. Privil. Eccles. Col. Nr. 413. 414.

Vniuersis presentes literas inspecturis Nos *Bernhardus dominus de lippia* notum facimus publice recognoscentes, Quod cum super redditibus annuis Sexaginta marcarum denariorum Susatiensium olim patri nostro domino *Symoni* bone memorie de peticione in *Geyseke* pro duobus feodis Castrensibus, Castrorum in *Ruden* et *houestat* per quondam dominum *Henricum* Archiepiscopum Coloniensem pie memorie sub certis condicionibus, et modis contentis in literis super hoc confectis annuatim dari deputatis, Reuerendissimum dominum nostrum dominum *Wilhelmum* Archiepiscopum Coloniensem Impeteremus et aliquamdiu impetiuissemus, asserentes et pretendentes eosdem redditus pro tempore aliquo nobis fuisse

[490]) Die Urkunde iſt auf Pergament geſchrieben, die daran gehangenen vier Siegel ſind abgefallen.

et esse detentos et non solutos, dictus quoque dominus noster Wilhelmus Archiepiscopus vice uersa respondens, dixerit et allegauerit ex certis causis ad solucionem dictorum reddituum se minime teneri, Tandem mediantibus nostris vtrobique amicis cum eodem domino Coloniensi taliter duximus concordandum, Quod nos pro nobis, et heredibus nostris presentibus et futuris pure et simpliciter renunciauimus et per presentes renunciamus omnibus, et singulis actionibus Impeticionibus, causis et querelis, quas occasione debitorum feodorum detentorum, seruiciorum, deperditorum, seu ex quacumque alia causa, per literas, uel sinę literis contra eundem dominum nostrum Wilhelmum Archiepiscopum, et Ecclesiam suam Coloniensem habueramus seu habere poteramus, a toto tempore preterito, vsque in presentem diem, dictus quoque dominus noster Archiepiscopus Coloniensis ob hoc et grata et fidelia seruicia, que nos et progenitores nostri, sibi et Ecclesie sue Coloniensi, impendimus et que nos et heredes nostri vtiliter impendere poterimus infuturum.. Nos suum et ecclesie sue Coloniensis Castrenses in Castro suo houestat constituit et fecit. Promittens nobis ob hoc dare et persoluere, Quadringentas marcas denariorum Susaciensium aut valorem earundem in alio pagamento pro tempore vsuali et datiuo, infra hinc et de festo beati Martini Episcopi hyemalis nunc proximo venturo, ad vnum annum continuum, a dicto festo computandum, Ita tamen quod ante terminum huiusmodi solucionis pecunie, nos tenebimur dicto domino nostro Archiepiscopo et Ecclesie sue Coloniensi predicte redditus annuos quadraginta marcarum denariorum predictorum in bonis nostris proprijs liberis et allodialibus prope Castrum houestat predictum in locis vicinioribus que haberi poterunt Ecclesie Coloniensi bene sitis, si ea habuerimus demonstrare Alioquin eosdem redditus in bonis alijs liberis, et allodialibus modo simili dicte Ecclesie Coloniensi situatis de suo uel Successorum suorum, scitu et consilio infra dictum terminum comparare, sibique, et Ecclesie Coloniensi eadem bona supraportare, necnon ab ipsis in feodo recipere, et tenere prestando fidelitatis debitum Juramentum, de quibus nos et heredes nostri, nobis in dominio lippensi Succedentes sui, et ecclesie sue Coloniensis predicte fideles Castrenses in Houestat perpetuo remanebimus, et feodum nostrum huiusmodi Castrense, tenendo et habendo virum vnum bone nacionis in dicto Castro Houestat, qui nostro nomine et loco ibidem continuam et personalem residenciam faciat qui tamen in dicto Castro ad presens non residet, nec ibidem aut in alio loco Castrensis suus existit, fideliter deseruiemus vt tenemur, Et si quando nos, uel heredes nostri predicti eidem

Digitized by Google

feodo renunciare voluerimus, extunc id nullo modo facere poterimus, uel debebimus, nisi prius dicto domino nostro Archiepiscopo Coloniensi Successoribus suis, aut Ecclesie Coloniensi, dictas Quadringentas marcas denariorum Susaciensium predictorum integraliter dederimus, et persoluerimus in toto sicut hoc pro nobis, et dictis heredibus nostris fide data promisimus, necnon sub debito Juramenti, per nos prestiti assecurauimus, absque omni dolo inuiolabiliter obseruare, Quod etiam dicti heredes nostri, quotiens et quando ipsos de prefato feodo Castrensi per dictum dominum nostrum Archiepiscopum Coloniensem, uel Successores suos infeodari contigerit, similiter fide data, promittent, et sub debito Juramento eorum prestandi assecurabunt se inuiolabiliter obseruaturos, Dictis vero Quadringentis marcis ipsi domino nostro Successoribus suis, uel Ecclesie Coloniensi datis et integraliter persolutis bona allodialia supradicta, per nos vt premittitur demonstrata, et supraportata ad nos et heredes nostros iam dictos absolute et libere reuertentur, dictus etiam dominus noster Wilhelmus Archiepiscopus, et sui Successores, nos et heredes nostros nobis in dicto feodo succedentes in Jure nostro tenebunt et pro nobis, tamquam pro Castrensibus suis, in Jure et iusticia respondebunt modo in talibus, debito et consueto, Sic, quod nos Jus nostrum, et iustas nostras causas, de dicto Castro Houestad, prosequi poterimus quando nobis fuerit oportunum, In cuius rei testimonium atque fidem sigillum nostrum presentibus est appensum Datum Brylon Anno domini Millesimo Tricentesimo Quinquagesimo quarto ipso die Octauarum Natiuitatis beate Marie virginis gloriose.

## 738.

1354. Sept. 16. erklärt Erzbischof Wilhelm die Waldungen der Stadt Brilon, für exempt von Bauholz- oder anderen Holzbeiträgen, für den Marschall oder andere Beamte.

Nach dem Orig. im Archive der Stadt Brilon.

Nos *Wilhelmus* — notum facimus — Quod nos attendentes fidelia obsequia que dilecti opidani nostri de *Brylon* nobis et ecclesie nostre multotiens utiliter impenderunt. Ipsis — concessimus, quod nullus videl. marscalcus aut officiatus noster, vel alius quicunque nomine ipsorum ligna aliqua

Digitized by Google

structibilia seu alia in siluis et nemoribus dictorum opidanorum nostrorum propriis et hereditariis in districtu nostro *Brilon* situatis, quibuscunque, ad hoc occasione vel colore quesitis aut querendis, decetero secare aut secari facere possint vel debeant, nisi hoc faciant de speciali illorum licentia jussu vel mandato. In cujus rei testimonium ipsis presentem nostram literam tradidimus sigilli nostri appensione munitam. Datum Brylon. Anno dni milles. Trecentesimo. Quinquag. quarto, feria tertia post Exaltationem Ste Crucis.[491])

## 739.

1354. Sept. 17. beſtätigt Erzbiſchof Wilhelm der Stadt Hallenberg alle frühere Rechte, und giebt ihr insbeſondere ein Privileg gegen Evocationen auswärtiger Richter.

Nach dem Transſumpt Lib. jur. et Feudor. Theoderici II.

Nos *Wilhelmus* — etc. notum facimus — quod nos prouide considerantes fidelitatem et deuotionem opidanorum nostrorum et Ecclesie nostre in *Hallenberg*, quibus, licet crebris perturbationibus et molestiis inimicorum suorum et Ecclesie Coloniens. in finibus nostre diocesis constituti subjaceant eidem, Ecclesie et nobis semper intrepide et feruenter assisterunt, nos omnes et singulas gratias libertates ac bonas et laudabiles consuetudines ac priuilegia quecunque eisdem et dicto nostro opido à felicis recordationis predecessoribus nostris, Archiepiscopis Coloniensibus concessas, approbatas vel indultas, ipsis prout rite et rationabiliter concesse sunt, concedimus approbamus et innouamus et ex certa scientia confirmamus. Preterea ut molestias dictorum suorum inimicorum et Ecclie Colon. dicti opidani nostri eo tutius euadere possint, quo minus extra fines suos euagando se et sua exponere habebunt periculis eorundem, ipsis ut nec à nostro officiali, nec ab aliquo alio judice nobis subjecto, extra dictum opidum in jus euocari in causis eis mouendis mere spiritualibus et que ex sui natura per judicem nostrum in Hallenbergh, decidi non possunt duntaxat exceptis valeant, presentibus indulgemus,

[491]) Das Original iſt gut erhalten; das an einem abgeſchnittenen und durchgezogenen Pergamenſtreif hangende Siegel, in grünem Wachſe, iſt größtentheils zerbröckelt.

dummodo tamen dictus judex noster ibidem in causis hic mouendis ciuilibus faciat justitiam expeditam. Ad perpetuam igitur rei memoriam et premissorum euidentiam ampliorem, sigillum nostrum duximus huic litere appendendum. Datum Smalcuberg anno Dni M°. CCC°. L°. quarto, ipso die beati Lamberti Martyr.[492])

## 740.

1354. Dez. 19. bekundet K. Carl IV. einen Fürſtenſpruch, wonach Freie, wenn ſie Lehn- und Miniſterialgüter erwerben, durch die davon zu leiſtenden Dienſte, keinen Abbruch an ihrem freien Stande erleiden ſollen.

Nach dem Transſumpt im Lib. Privil. Eccles. Col. Nr. 76.[493])

*Karolus* dei gratia Romanorum Rex semper Augustus et Boemie Rex Notum facimus vniuersis quod nuper in nostri presencia dum in Judicio pro tribunali personaliter sederemus, venerabiles *Wilhelmus Coloniensis* et *Gerlacus Maguntinensis* Archiepiscopi,[494]) *Albertus Herbipolensis, Gerardus Spirensis* ecclesiarum Episcopi, Illustres eciam *Rupertus* senior,[495]) *Rupertus* junior *Comites palatini Reni* et duces *Bauarie, Rudolphus* Austrie *Albertus inferioris Bauarie, Wladislaus Teschinensis* duces, *Wentzeslaus lutzenburgensis, Gerlacus, Adolphus* et *Johannes* de *Nassouwe, Ludowicus* de *Otinghen, Wilhelmus* de *Katzenellenboge, Syfridus* de *Wytgenstein* Comites, honorabilis *henricus herbipolensis*.. prepositus Religiosi *Wolframus* de *Nellenberg Magister domus Theutonice per Alamaniam, herdungus* de *Rechberg Magister ordinis sancti Johannis*

---

[492]) Dieſes Privileg wurde 1374 von Erzbiſchof Friedrich III. und ſpäter von allen Nachfolgern deſſelben, zuletzt 1651 von Maximilian Heinrich beſtätigt.

[493]) Die Urkunde iſt auch abgedruckt in Kindlingers merkwürdigen Urkunden Seite 100; aber nicht ganz richtig und vollſtändig.

[494]) Die folgenden Biſchöfe fehlen bei Kindlinger.

[495]) Kindlinger lieſet ohne das Beiwort illustres, ſtatt Rupertus: *Albertus* sen.

Digitized by Google

*hospitalis* Jerosolomitani, nobiles *Syfridus* de *Sintingen*[496]) *Altmannus* de *dagenberg* et alii quam plures principes, Comites, Barones milites et clientes nostri et sacri Imperij fideles et subditi. animo deliberato vnanimi et communi precedente consilio concordibus votis diffinierunt et sententiauerunt publice ad comunem omnium publicam notionem. Quod si quicunque vir nobilis ex vtroque parente in libertate genitus, ab vno seu pluribus dominis feudalia aut ministerialia bona suscepit aut suscipit, et eidem suo domino uel dominis de consuetis seruicijs iuxta approbatam consuetudinem feudalium aut ministerialium bonorum debite correspondet, quod ob hoc talis *liber* et *ingenuus*[497]) in *nobilitate natiuitatis* ipsius honoribus et dignitatibus inde sequentibus dampnificari uel deteriorari non debet seu potest aliquo modo, In omnibus Juribus causis et respectibus abinde dependentibus quibuscunque eciam specialibus[498]) vocabulis valeant designari Presencium sub nostre Maiestatis Sigillo testimonio litterarum Datum Treuere Anno domini M°. CCC°. LIIII°. Indictione septima XIIII kalendas Januarii Regnorum nostrorum Anno Octauo.

## 741.

**1355. Jan. 16. verkauft Johann von Scharfenberg dem Kloſter Bredelar ein Gut in Ratmerinchuſen.**

Nach dem Orig. im Archive des Kloſters Bredelar.

Vniuersis — Ego *Johannes* dictus de *Scarpenberg* famulus recognosco — Quod religiosi viri — dnus Johannes dictus abbas totusque conuentus monasterii in *breydelar* — causa petitionis mee concesserunt michi duas marcas grossorum — Hinc est quod predictis — cum bona voluntate et consensu *Grete* vxoris mee legitime, *Elysabeth katerine* et *yde* filiarum mearum — lego assigno et resigno nomine testamenti bonum meum in *ratmerinchusen* situm quod

[496]) Bei Kindlinger, der überhaupt mehre der obenſtehenden Namen etwas abweichend ſchreibt, fehlt der Vorname des Edlen von Sintingen, indem es bloß heißt: nobiles de Sycingen.

[497]) Kindlinger hat: *vel* ingen.

[498]) Das Wort specialibus fehlt bei Kindlinger.

fredericus dictus *trulliken* ad presens colit et fructificat soluens annuatim dimidium moldrum ordei dimidium moldrum siliginis et moldrum auene duos pullos et tres vncias ouorum — *cuius etiam proprietas* ad me specialiter pertinebat *in proprietatem veri dominii* prout progenitores mei ex antiquo jure ipsum possederunt, — (Beſitz und Gewähr) — tali — conditione interposita quod ego et mei heredes — predictum bonum — pro duabus marcis grossorum reemendi, liberam habebimus facultatem. — Datum anno dni M°. CCC°. quinquagesimo quinto ipso die beati Marcelli pape et martiris.[499])

## 742.

**1356. Jan. 4. erlaubt K. Carl IV. dem Erzbiſchofe Wilhelm, zur Belohnung ſeines Eifers in Unterdrückung des Straßenraubs, von Reiſenden einen Geleitzoll zu heben.**

Nach dem Transſumpt im Lib. Priv. Eccles. Col. Nr. 78.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis feliciter amen. *Karolus* quartus diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus et Boemie Rex. Ad perpetuam rei memoriam Imperialis nostre Maiestatis sublimitas deuota fidelium suorum seruicia consueuit, ut condecet animo diligenti respicere, eisque pro meritis digna munificencie sue beneficia liberaliter impertiri Attendentes si quidem venerabilis *Wilhelmi* Coloniensis.. Archiepiscopi principis ac deuoti nostri dilecti, suorumque predecessorum pie deuotionis obsequia nobis et diuis Imperatoribus Romanis ac sacri Imperii excellencie gratanter exhibita et in futurum ut credimus deuocius exhibenda, propter que et alios deuocionis affectus quibus ipsum et ecclesiam suam Coloniensem fauore prosequimur singulari, ut nostre remunerationis et Imperialis munificentie gratiam et liberalitatem senciant cordialiter affectamus Sane eciam non

[499]) Die Urkunde iſt von dem Ausſteller und *Joh. de Pathberg* noui castri prefecto beſiegelt. In einer anderen Urkunde vom nämlichen Tage, welche eben ſo beſiegelt iſt, verkauft Johann von Scharfenberg denſelben Hof pro duodecim marcis denariorum in brylon vsualium, michi integraliter persolutis, ohne Vorbehalt der Wiederlöſe an Bredelar.

Digitized by Google

minus prouido quam sollicite considerantes quod prefatus Wilhelmus.. Archiepiscopus Coloniensis ad *exstirpandum* et *eneruandum nephandissimum latronum raptorum* et *predonum maleficiorum et aliorum delinquencium zizanie semen* in terra et districtu suo et ecclesie Coloniensis predicte aciem mentis sue prouide ac feruenter dirigens cura peruigili et studio diligenti prout experientia docuit non sine magno expensarum sibi propter hoc incumbentium onere, sedulo et incessanter insistit, vt Mercatoribus, viatoribus, aduenis, peregrinis et aliis per terram et districtum ecclesie Coloniensis iter agentibus absque personarum bonorum et rerum suarum periculo, quod ab aliquibus retroactis temporibus sibi sepissime senciebant grauiter inminere, liberum conductum et iter tutum veniendi transeundi, iter agendi, recedendi sub optate pacis tranquillitate preparet et securum. Eapropter ipsius Wilhelmi.. Archiepiscopi Coloniensis in zelando et colendo iusticiam propositum tam laudabile comendantes ac in voto gerentes in ipso intentionis proposito pie confouere, eidem Wilhelmo Archiepiscopo Coloniensi suisque successoribus ac ecclesie Coloniensi *motu proprio non ad ipsius aut cuiuscunque alterius supplicantis instanciam* et ex certa sciencia de solita Imperialis celsitudinis liberalitate, vt mercatoribus, aduenis et peregrinis iter agentibus de securo et felici conductu eo liberius in dicto suo et ecclesie Coloniensis districtu. prouidere valeat quo idem.. Archiepiscopus et sui successores se senciant in reconpensam onerum et expensarum huiusmodi incumbentium ex nostra Imperiali munificentia alicuius doni gratia specialius honoratos, concedimus, jndulgemus pariter et donamus eisdem *facultatem habendi et tenendi vnum Theoloneum in vijs ac stratis publicis soli et terrarum districtus ecclesie Coloniensis,* jdque theloneum auctoritate nostra jmperiali in locis dicti territorij vbi expediens eidem.. Archiepiscopo videbitur indicendi et instituendi per terram et solum districtus predicti. Quodque quilibet mercator seu merces aut mercimonia in vino blado metallo, aut quolibet alio genere mercium consistentia, mercandi causa ducens, aut duci faciens cuiuscunque condicionis aut status existat, pro quolibet equorum currus carrucas seu vehicula ducencium aut trahencium mercibus seu mercimonijs huiusmodi oneratos seu onusta, *vnum dumtaxat thuronem regium antiquum soluere tenebitur* Ita tamen quod quicunque mercator seu ductor aut vector huiusmodi theloneum vnius grossi thuronis in aliquo loco territorij Coloniensis ecclesie, vbi huiusmodi theloneum de nostri Imperialis culminis munificentia per prefatum.. Archiepiscopum

Digitized by Google

fuerit institutum, soluerit, in nullo alio loco eiusdem territorij pretextu concessionis nostre huiusmodi idem theloneum vnius grossi iterato soluere debebit ea vice vectionis et ductionis mercium predictarum Sed liber et immunis omnino transire absque cuiuscunque dicti thelonei seu vectigalis exactione iterata dimittatur Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre Imperialis culminis Concessionis donationis et indulti (cartam) infringere, uel ei ausu temerario contraire, Si quis autem hoc attemptare presumpserit, penam viginti marcarum auri pro media parte erario fisci nostri, et pro alia media parte ecclesie Coloniensi confiscandam, ac nostre celsitudinis jmperialis jndignationem et offensam se nouerit incursurum. Signum serenissimi principis et domini domini Karoli quarti Romanorum Imperatoris Inuictissimi et Boemie Regis. Testes huius sunt venerabilis Gerlacus Archiepiscopus etc. Presencium sub Bulla aurea typario nostre maiestatis impressa testimonio litterarum, Datum in Nurenberg Anno natiuitatis domini M°. CCC°. LVI°. nona Indictione II nonas januarij Regnorum nostrorum Anno decimo Imperij vero Primo. Ego Johannes dei gratia luthomuschlensis Episcopus sacre Imperialis Aule etc. recognoui.

## 743.

### 1356. verzichtet Graf Gottfried IV. v. Arnsberg, auf alle Vogtei-Anſprüche an dem Rumbecker Hofe Odenhuſen, an der Kloſter-Fiſcherei in der Ruhr und am Rumbecker Walde.

Nach dem Orig. im Archive des Kloſters Rumbeck.

In nomine domini amen. Nos *Godefridus Comes de Arnsberg* notum facimus — quod nos habito super hoc *amicorum* nostrorum et *consiliariorum* maturo consilio ex relatione, seniorum et proborum didicimus nec non auditis et inspectis litteris et priuilegiis examinatis preposite et conuentus *monasterii Rumbicensis* verum inuenimus nos — nullum jus hereditatis habere in *aduocatia* curte (sic) in *Odenhusen* pertinente ad monasterium dictum nec non ad piscariam que incipit prope viam que transit Ruram ad villam *Ouerendorp* usque ad viam que dicitur *swartewaghe* similiter pertinentem ad monasterium predictum verum etiam ad siluam que dicitur *Rumbiker holt* — vnde nos — monasterio supradicto

Digitized by Google

aduocatiam piscariam et siluam liberas dimittimus et reddimus — si vero transactis temporibus per officiatos nostros de facto et non de iure exactio seu impetitio acceptata fuerit contra aduocatiam piscariam et siluam monasterii supra dicti illam uel illas omnino dicimus et decernimus irritas fore nec valere. — Datum anno dñi M°. CCC°. quinquagesimo sexto. presentes aderant dnus Conradus Kettler. Gobelinus Quatterlant Johannes Scurman et alii quam plures fide digni. [500])

## 744.

**1357. Aug. 2. verleiht Erzbiſchof Wilhelm der von dem Grafen von Arnsberg zerſtörten Stadt Winterberg, zehnjährige Befreiung von Bede-Abgaben und die Rechte der Stadt Hallenberg.**

Nach der Abſchrift in Kindlingers Urk. Samml. B. 70. S. 114.

Nos *Wilhelmus* Dei gratia sancte Colon. Ecclie Archieps sacri Imperii per Italiam Archicancellarius, notum facimus uniuersis, quod cum alias opidum nostrum in *Winterberg* per *Comitem de Arnsberg* et alios nostros inimicos, fuerit et sit hostiliter expugnatum et totaliter devastatum, supplicarunt nobis.. Opidani nostri ibidem, quatenus ipsis gratiam aliquam, per quam et ut eo melius et efficacius dictum opidum nostrum reedificare et munire possent, generose concedere dignaremur. Nos igitur supplicationibus dictorum subditorum nostrorum, que utique rationem sapiunt, in hac parte favorabiliter annuentes, dictos opidanos nostros ad presens existentes ac omnes alios et singulos ad incolatum ejusdem opidi nostri se transferentes, *ab omni onere exactionis petitionis seu precarie cujuscunque*, quas nos aut Marscalcus noster Westfalie pro tempore existens, ipsis imponere seu ab eis petere vel requirere possemus, quovis modo ad decennium continuum, à dato presentium numerandum, de speciali gratia eximendos duximus et tenore presentium libertandos, Ipsis etiam ut super et in quibuscunque excessibus judicialibus, si quos in dicto opido nostro perpatraverint, jure et justitia specialiter gaudeant et fruantur, quibus opidani nostri in *Hallenberg* frui et gaudere hactenus consueuerunt, nec ultra

[500]) An der Urkunde hängt das große Reitersiegel des Grafen mit dem kleinen Rückſiegel, in gelbem Wachſe. (T. 2. Nr. 6.)

Digitized by Google

hec per nos vel dictum Marscalcum nostrum seu alium quemcunque nostro nomine poterunt vel debebunt aliqualiter cogi seu compelli, de ulteriori gratia duximus concedendum, sic tamen quod prefati opidani nostri, durante hujusmodi decennio, antedictum opidum totis suis viribus reedificare, nec non muris et fossatis congruis munire tenebuntur, nobisque aut illi cui hoc commisimus, totiens quotiens requirendum duxerimus, de structura et expensis structure dicti opidi nostri, rationem reddent et reddere similiter tenebuntur, alioquin libertationem exemptionem et gratiam antedictas, eo ipso nullius esse volumus efficacie vel momenti. In quorum testimonium atque fidem sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat. Colonie crastino beati Petri ad vincula anno Dni M°. CCC°. L°. septimo.[501])

## 745.

1357. Sept. 22. reverſiren die von Padberg dem Kloſter Bredelar, welches ihnen 50 Bäume zur Wiederaufbauung ihrer Stadt geſchenkt hatte, daß ſie an deſſen Waldungen deshalb keine Anſprüche zu machen hätten.

Nach dem Orig. im Archive des Kloſters Bredelar.

Vniuersis presentes literas visuris uel audituris. nos *Johannes* et *Johannes Goscalcus* et *fredericus* famuli *prefecti in patberg* cupimus fore notum publice recognoscentes quod nos et nostri heredes veri in nemoribus siue siluis virorum religiosorum abbatis et conuentus in *bredelar* nichil iuris penitus habemus scil. quod dicti religiosi bona voluntate. amicitie et fauoris intuitu nobis dederunt quinquaginta arbores ad nostram vtilitatem et specialiter ad *nostram ciuitatem reedificandam quam amicitiam nos reconpensare cupientes* promisimus et promittimus in hiis scriptis quod nos nec quis-

[501]) 1370, Apr. 3. erneuerte der Adminiſtrator, Erzbiſchof Cuno v. Trier zu Godesberg die vorſtehende Befreiung, auf fünf Jahre; diversis angustiis et infestantium insultibus, quibus dicti opidani in Wynterberg, in extremis terminis Ecclie Colon. situati, cottidie grauiter opprimuntur, debite pensatis. Aus derſelben Rückſicht und mit denſelben Worten, verlängerte Erzbiſchof Friedrich III. das Privileg am 30. Mai 1374 zu Ehrenbreitſtein nochmals auf 5 Jahre.



Digitized by Google

uersi tam presentes quam futuri, Quod nos *Godefridus Comes de Arnsberg* et *Anna de Cliuis* eius conthoralis legitima propter euidentes et ineuitabiles necessitates nobis ac terre et Comitatui nostris Arnsbergensibus incumbentes, a quibus nullatenus nisi per Ecclesiam Coloniensem et ipsius Ecclesie subuentionis auxilia potuimus releuari et etiam *quia modicam ymmo quasi nullam de nostris Consangwineis et propinquis subventionem et assistentiam inuenimus in nostris necessitatibus* supradictis, Neque nobis heres de corpore nostro existeret, qui nobis succederet in Comitatu predicto, sed spe prolis frustrati, ipsum Comitatum nostrum alicui certo heredi nec instituendo in testamento, seu ab intestato nobis successuro, relinquere nesciuimus, qui nos aut terram nostram de premissis releuaret et in statu tranquillo, sicut in votis gessimus conseruaret, quamobrem pericula majora nobis et dicte terre nostre oritura verentes, de non modica dimembratione et perturbatione Comitatus predicti, nobis de medio sublatis, timebamus verisimiliter et timemus, Sic quod ad precauendum hijs et alijs, tam presentibus quam futuris grauaminibus et periculis, non immerito solliciti et intenti, salutem terre nostre predicte, totis desiderijs affectantes, vias oportunas et necessarias cogitauimus quibus nos ac Comitatum et terram nostros predictos ab instantibus necessitatibus et periculis erueremus, et de futuris per tutiorem protectionem saluaremus, habito itaque ad diuersa respectu, multisque vijs in mentibus nostris reuolutis, tandem *communi fidelium et Subditorum nostrorum Comitatus nostri predicti, communicato consilio*, in luce comperimus, quod a premissis necessitatibus et periculis, nos et terram nostram nemo releuare posset et a futuris grauaminibus necessitatibus et periculis ac dimembrationibus terre nostre saluare nosque de honesta et congrua sustentatione nostra, prout statum nostrum decet assecurare, preterquam Ecclesiam Colonlensem predictam, *infra cuius terrarum et potentie circumferentias et limites, utpote centrum in circulo idem noster Comitatus situatur*, Cum reuera nobis summopere displiceret, si nobis uiuentibus aut mortuis, dictus noster Comitatus, à quo nos et progenitores nostri honores multos reportauimus ad desolationis vel dimembrationis dispendium perueniret, mature igitur deliberati et sano ducti consilio, ad reuerendissimum patrem et dominum nostrum, dominum.. *Cunonem* dei gratia *Archiepiscopum Treuerensem, Administratorem Ecclesie Coloniensis* Sede vacante in hijs nostris necessitatibus recurrentes, petiuimus instanter ab ipso, vt Comitatum nostrum predictum a nobis comparare vellet, ad vsus Ecclesie Coloniensis predicte, cum nos ipsum Comitatum nos-



Digitized by Google

trum in eandem Ecclesiam Coloniensem libentius, quam in aliam quamcunque personam transferre vellemus, ex causis et rationibus nos mouentibus supradictis, Ipso autem domino nostro Administratore diuersis tractatibus inter ipsum et nos super hijs prehabitis, *cum venerabili capitulo Ecclesie predicte prehabito consilio,* nostris petitionibus et desiderijs acquiescente fatemur et recognoscimus ac quilibet nostrum in solidum fatetur et recognoscit pro se ac heredibus et Successoribus suis quibuscunque nostris et dicti Comitatus et terre Arnsbergensis commodis et vtilitatibus euidentissimis, in hoc pensatis nos manu coniuncta, ac bona et spontanea nostra et cuiuslibet nostrum voluntate de consilio amicorum fidelium et Subditorum nostrorum Comitatus predicti, libere et absolute vendidisse, atque tradidisse, ac vendimus et tradimus per presentes jure proprio imperpetuum prefato domino.. Archiepiscopo Treuerensi, Administratori Ecclie Colonieusis erga nos nomine et ad vsus dicte Ecclie Colon. jure perpetuo rite et legitime ementi atque acceptanti *Comitatum nostrum Arnsbergensem* predictum, *infra limites siue terminos ducatus Angarie siue Westphalie,* qui ducatus ad dictam Eccliam Colon. pertinet, situatum cum omnibus et singulis ipsius Comitatus juribus, dominiis, jurisdictionibus altis et bassis, ac mero et mixto imperio ac specialiter cum castris et opidis in *Arnsberg,* in *Nehem,* in *Greuensteyn,* in *Euersberge,* in *Hachen,* in *Waldensteine,* in *Wildeshusen,* et *Hirtzberge.* Item cum villis et oppidis in *Hustene,* in *Aldendorpp, in Sunderen,* in *Langescheid,* in *Hachgen,* in *frihenole.* in *Staggenhagen,* in *Bodenfelde,* in *Mescheide.* Item cum villis et parochijs in *Corbeke, Allagen, Bremen, voysswinkele, Egginchusen, Balue, Affele, Stocheym, hieluelde, kalle, velmede, remmelinchusen, Bye, Reeste, Weenholthusen, Raerbeke, Yffelpe, Oeuerenkirken, Esseleue, Wurmbeke, lene, Oeuerenhundeme, Oedinge, Berghusen,* ceterisque villis, et parochijs vniuersis, jtem cum dignitate officio seu *prerogatiua juris primipulariatus* (sic) seu *antebellatoris inter Weseram* et *Renum,* nec non cum omnibus et singulis hominibus, ministerialibus, castrensibus, fidelibus, vasallis, militaribus, oppidanis, villanis, litonibus, seruis et ancillis et Subditis quibuscunque vtriusque sexus, quocunque etiam tytulo, siue jure, ad nos et ad dictum nostrum Comitatum pertinuerint, vel pertineant, etiam siue infra terminos dicti Comitatus resideant siue extra, ac cum vniuersis siluis, nemoribus, pascuis, pratis, aquis, aquarum decursibus, fluuijs, piscarijs, banno ferarum, mansionibus, domibus, curtibus, mansis, agris, cultis et incultis, decimis animalium et bladorum, molendinis, pensio-

Digitized by Google

nibus, redditibus, petitionibus, censibus, theolonijs, seu vectigalibus, nec non *comicijs liberis*, dictis *friegrascheffe et hominibus dictis frien et earum sedibus*, locis, terminis et distinctionibus, ac cum actionibus realibus et personalibus. Item cum aduocatijs quibuscunque cum *jure patronatus Ecclesiarum parochialium* in *Egginckhusen, Nehem, Euersberge, Weenholthusen, Greuensteyne, Hirtzberge, Staggenhagen, Sunderen, Boedenfelde*, et *capellarum in castris Arnsberg, Euersberg, hachgen*, ac aliorum beneficiorum spiritualium et temporalium quorumcunque, sic tamen quod quicumque Officiatus Ecclie Colon. pro tempore extiterit in castro Arnsberg, ille ad nominationem Archiepi. Colon. pro tempore existentis, disponet de dictis beneficijs, quando et quotiens ipsorum aliquod vacare contigerit. Item cum omnibus instrumentis et rebus bellicis et defensoriis, videlicet machinis, tentoriis, cattis, pixidibus tonitrualibus, balistis grossis et minutis ac Sagatis cum ipsorum attinentiis cujuscunque etiam generis extiterint, Item cum omnibus et singulis actis, munimentis, litteris, cartis, instrumentis, priuilegiis, registris, et scripturis ad dictum Comitatum spectantibus, seu ipsum Comitatum, bona, jura, jurisdictiones et possessiones illius quomodolibet concernentibus, Et generaliter cum omnibus et singulis dignitatibus, officijs, et prerogatiuis, jurisdictionibus, bonis, hereditatibus, juribus, vtilitatibus, attinentijs, obuentionibus et emolimentis ad nos et ad dictum Comitatum quomodolibet spectantibus seu pertinentibus, que et quas nos aut nostri predecessores Comites de Arnsberg, vsque ad hec tempora habuimus tenuimus et possedimus et que etiam nobis ex quacunque causa siue jure quocunque competierunt vel competunt, quocunque etiam locorum in longum, latum, altum et profundum situantur aut qualicunque vocabulo vel nomine nuncupentur nichil penitus excluso, aut quicqnam nobis, vel heredibus nostris seu alteri cuicunque nomine nostro aliqualiter reseruato de premissis, ad habendum, tenendum et pleno jure perpetuo possidendum, per Ecclam Colon. predictam, cum omnibus honoribus, vtilitatibus, fructibus, emolimentis, commodis et prouentibus inde prouenturis, et quicquam eidem Ecclie deinceps perpetuo placuerit faciendum, cum omnibus et singulis supradictis et alijs quibuscunque, que dictus Comitatus et alia superius nominata et que nos ratione ipsorum habemus et tenemus, seu habere et tenere possemus, supra se vel infra, seu intra se, in integrum, omnique jure, seruitute, actione, vsu, et requisitione, nobis et dictis rebus, aut pro ipsis, aut ex qualibet vel pro qualibet vel pro qualibet earum modo aliquo competentibus et ad eas quomodolibet spectantibus. Quem quidem Comitatum et omnia

et singula supradicta nos prefate Ecclie vendidimus et vendimus pro pretio et nomine veri et iusti pretij, videlicet *centum milium et triginta milium florenorum aureorum*, boni et puri auri et ponderis grauioris, quorum triginta milia florenorum nobis in promptis denarijs per dictam Eccliam Colon. numerati et traditi sunt atque persoluti et per nos in solutionem debitorum nostrorum et alios euidentes nostros vsus expositi et conuersi. Pro residuis vero centum milibus florenorum nobis pro statu et competentia nostrorum amborum, quo ad nostri Comitis vite ductum pensiones et redditus annui per dictam Eccliam sunt deputati et legitime assignati, videlicet sex milium et quadringentorum florenorum aureorum in theoloncis Nussiensi et Bonnensi ac castrum in Bruele cum opido totoque officio et districtu suo et cum vniuersis suis redditibus et pertinentijs, nobis ad vitam mei Comitis predicti possidendum deputatum est atque assignatum, prout in litteris et instrumentis super huiusmodi pensionum et reddituum, deputatione et assignatione ac castri, opidi et officij in Bruele predictorum, nobis per dominum.. Administratorem et Eccliam Colon. predictos traditis plenius continetur. De quibus quidem deputatione et assignatione nos plenarie contentamur, Sic quod nobis de dicta summa centum milium et triginta milium florenorum aureorum recognoscimus per dictam Eccliam Colon. ad omnem nostram voluntatem atque nostrum beneplacitum fore integraliter satisfactum. Exceptione non habite non recepte et non solute pecunie ac deputationis et assignationis pensionum et reddituum ac castri, opidi, et officij predictorum non esse facte, doli mali, et in factum actioni, et juri dicenti quod venditio in qua est deceptio vltra dimidium iusti pretij rescindatur, uel iustum pretium suppleatur, ac omni alij juris, tam canonici quam ciuilis auxilio renunciantes. Quicquam etiam prefatus Comitatus et terra Arnsbergensis ac alie res vendite supradicte plus dicto pretio valerent, aut valere potuissent illud totaliter et omnino, quantumcunque fuerit, beato Petro apostolo et Ecclesie Colon. predicte remittimus, ac donatione pura et simplici que dicitur inter viuos, donauimus atque donamus irreuocabiliter per presentes, nulla causa ingratitudinis vel alla qualibet imposterum reuocanda, pro gratis et acceptis fauoribus, gratijs et seruitijs, per nos a dicta Ecclia Colon. multipliciter receptis et in restaurationem dampnorum eidem Ecclie et Subditis suis per nos et *occasione seuissime guerre, quam contra eam retroactis temporibus habuimus*, grauiter illatorum, ipsam Eccliam Colon. de pretio centum milium et triginta milium florenorum predicto et de omni eo quod res vendite predicte plus valerent pro nobis et heredibus et successoribus nostris

Digitized by Google

quibuscunque, quitantes et quitam proclamantes perpetuis temporibus ac finem et pactum de vlterius non petendo facientes. Dictum itaque Comitatum et terram Arnsbergensem cum castris, oppidis, villis, terris, possessionibus, jurisdictionibus, hominibus, ministerialibus, castrensibus, fidelibus, vasallis, opidanis, villanis, litonibus, seruis, ancillis et Subditis quibuscunque ac cum juribus et pertinentijs suis vniuersis predictis, *que omnia et singula nostra bona libera et allodialia fuerunt* et a nemine feudali seu alio jure dependent, *Exceptis dignitate seu officio primipulariatus ac jurisdictionibus liberis, dictis frygedinge et silua de Arnsberg ac theoloneo seu vectigali in Nehem, que a sacro Romano Imperio,* Castro *Hirtzberge,* villa *hustene* et bonis quondam dominorum de *Ardey,* Aduocatijs et alijs quibusdam bonis *que ab Ecclia Colon. tytulo feodali dependent,* prefate Ecclie Colon. ac dicto dno.. Administratori, ea nomine et ad vsus dicte Ecclie recipienti supportauimus ac supportamus, eaque omnia et singula supradicta in Eccliam Colon. supradictam libere transtulimus et transferimus per presentes eisdem Comitatui et terre ac rebus venditis omnibus et singulis supradictis, omnique juri nobis in eisdem competenti renunciantes et effestucantes perpetuo, ore, manu et calamo, pure, simpliciter et de plano, pro nobis, heredibus et Successoribus nostris quibuscunque, ad vsus et ad vtilitatem perpetuos Ecclie Colon. supradicte. Et propterea renunciamus omnibus fidelitatibus et juramentis nobis per quoscunque fideles, vasallos, ministeriales, Castellanos, Castrenses, Officiatos, Judices, Scabinos, Juratos, vniuersitates, homines, et Subditos, quoscunque dicti Comitatus et terre Arnsbergensis factis et prestitis, Eosque omnes et singulos ab huiusmodi suis fidelitatibus et juramentis nobis factis et ab omni nexu fidelitatum et juramentorum huiusmodi quitamus et absoluimus in perpetuum cum huiusmodi fidelitates, homagia et juramenta Ecclie Colon. seu eius nomine Administratori sine dolo prestiterint et fecerint supradicto. Volentes vt exnunc inantea dicto domino.. Administratori et Ecclie Colon. vt vero eorum domino perpetuis temporibus, prout nobis et nostris progenitoribus obedire et intendere tenebantur obediebant et intendebant, pareant obediant et intendant. Insuper Comitatum et terram Arnsbergensem ac alia omnia et singula supradicta nos constituimus nos nomine dicti domini Administratoris et Ecclesie Coloniensis jure precario possidere donec idem dominus Administrator seu alius nomine Ecclie Colon. illorum possessionem vel quasi per se, vel alium, vel alios intrauerit et acceperit corporalem, quam accipiendi sua propria auctoritate, sine aliquo mandato judicis vel requisitione intrandi et

Digitized by Google

retinendi deinceps plenam et liberam potestatem et licentiam omnimodam dicto duo.. Administratori et Ecclie Colon. damus et concedimus per presentes. Promittentes etiam pro nobis, nostrisque heredibus et Successoribus, prefate Ecclie Colon. de Comitatu et terra Arnsbergensi, ac omnibus singulis rebus venditis supradictis, aut aliqua parte ipsorum litem vel controuersiam vllo vmquam tempore non inferre, nec inferenti consentire, tacite vel expresse, directe vel indirecte, Sed ipsa omnia et singula prefate Ecclie Colon. tam in proprietate quam in possessione ab omni homine et vniuersitate legitime defendere auctorizare et disbrigare ac debitam, veram et consuetam warrandiam inde facere et ea a debitis quibuscunque absoluere et quitare, vacuamque et liberam possessionem vel etiam detentionem illorum omnium tradere et dimittere libere et solute. Has autem venditionem et donationem predictas, ac alia omnia et singula supradicta Nos Comes et Comitissa predicti promisimus et assecurauimus bona fide prestita corporali loco juramenti promittimus et assecuramus per presentes pro nobis heredibus et Successoribus nostris quibuscunque semper rata et firma tenere et habere et in nullo contrafacere vel venire, per nos alium vel alios aut per aliam personam quamcunque submissam, vel substituendam directe vel indirecte, publice vel occulte, aliqua arte ingenio siue causa. Renunciantes insuper in premissis omnibus et singulis omni fraudi et dolo mali, omni juris beneficio legi subuenienti, circumuento vel circumuentis, vltra dimidium iusti pretij, Exceptioni non initi contractus et non facte promissionis et obligationis et aliter esse scriptum quam actum, doli, metus, sine causa, uel ex iniusta causa, omni juris auxilio et fauori, priuilegio fori, vel alterius impetrati vel impetrandi per uos seu alium vel alios omnique alij defensioni et auxilio juris et facti canonici et ciuilis quibus nos modo aliquo possemus tueri vel iuuare contra premissa vel aliquod premissorum. In quorum omnium et singulorum premissorum testimonium atque firmitatem perpetuam Nos.. Comes et.. Comitissa Arnsbergensis predicti Sigilla nostra ex certa nostra scientia duximus presentibus apponenda, ac Sigilla dilectorum nobis dominorum.. *Anthonij de Reydere, Ruthgeri dicti kettelere*, militum, *Heydenrici dicti die Wolff, Arnoldi haken, Wilhelmi dicti quaterland, Arnoldi de Berninckhusen, Johannis dicti Schureman* et *Conradi dicti Wrede* armigerorum, Castrensium et fidelium nostrorum necnon opidorum nostrorum videlicet in *Arnsberg, Euersberg, Nehem, Greuensteyne* et *Hirtzberge*, de quorum scitu et consilio premissa omnia facta sunt, presentibus apponi fecimus in maius testimonium pre-

Digitized by Google

missorum. Et nos Anthonius de Reydere, Rutgerus dictus kettelere milites, Heidenricus dictus die Wolff, Arnoldus hake, Wilhelmus dictus quatterland, Arnoldus de Berninckhusen, Johannes dictus Schureman, et Couradus dictus Wrede armigeri, Castrenses et fideles, Nosque proconsules et Consules, ac vniuersitates opidorum in Arnsberg, Euersberg, Nehem, Greuensteyn et hirtzberge predictorum, fideles et Subditi Spectabilis domini nostri domini.. Comitis, ac nobilis domine nostre.. Comitisse de Arnsberg predictorum, recognoscimus protestantes quod premissa omnia et singula de bona voluntate, maturo Consilio et beneplacito dni nostri.. Comitis et dne nostre.. Comitisse prediotorum, nostrorumque et aliorum Castrensium, fidelium et Subditorum dicti Comitatus ac pro euidenti vtilitate et ineuitabili necessitate Comitatus et terre Arnsbergensis predictorum, rite et legitime acta et facta sunt atque gesta. Et ideo de voluntate et beneplacito dni nostri.. Comitis et dne nostre.. Comitisse predictorum Sigilla nostra presentibus litteris apposuimus in testimonium et firmitatem omnium premissorum. Datum ét actum Anno a Natiuitate Dni Millesimo Trecentesimo, Sexagesimo octauo, mensis Augusti die vicesima quinta.[555])

## 794.

1368. (Aug. 25.) Cuno's, Erzbiſchofs zu Trier und Vicarius des Erzſtifts Cöln, Verpflichtungen in Folge des Ankaufs der Grafſchaft Arnsberg.

Aus dem Trier'ſchen Kopialbuche.

Wir Cune etc. vicarius etc. dun kunt allen luden, want die hogeborne lude, Godert Greue van Arnsberg ind vrauwe Anna van Cleue ſyn elyche wyf, Greuynne

[555]) An der gut erhaltenen Urkunde, haben an roth und grün ſeidenen Schnüren 15 Siegel gehangen. Das des Grafen und der Gräfin ſind abgefallen. Von dem Antons von Reydern ſieht man noch den Schild mit einem ſtehenden Halbmonde, die von Ketteler und Wolff ſind abgefallen, alle übrigen 10 ſind noch vorhanden wiewohl zum Theile verletzt. Hake, zwei kreuzweis gelegte Lanzen; Quaterland ein rechts geneigter Schild worin drei Roſen durch einen Querbalken getrennt, mit Helm und Schmuck; Berninghauſen 3 Hämmer, Schürmann einen der Länge nach getheilten Schild mit einem Turnierkragen, Wrede in getheiltem Schilde einen Kranz mit 5 Roſen; Stadt Arnsberg T. 9. N. 4; Eversberg T. 9. N. 6; Neheim T. 9. N. 9; Grevenſtein T. 9. N. 8; Hirſchberg T. 9. N. 7; jedoch letzteres in einer älteren und etwas größeren Edition.

Digitized by Google

van Arnsberg, die gantze Graiſchaff ind dat lant van Arnsberg mit allen ind ſunderlingen yren zubehoringen an den guden ſent Peter ind an dat Geſtichte van Colne ewelichen ind erfflichen ze beſitzen gekart haint, na deme dat tuſſchen vns ind dem Capittele van Colne vp eyne ſyte, ind dem vurg. Greuen ind der Greuynnen vp die ander ſyte ouerdragen is, So bekennen wir offentlichen in dieſem brieue, dat wir mit rayde ind gutdunken der Erſamer lude des Dechens ind Capittels der kirchen van Colne vurſ. van macht ind beuolniſſe wegen die vns vnſe geiſtliche vader ind herre der Payſs in ſynen gebullierden brieuen in diſen ſachen gegeuen ind beuolen hait, vmb bede ind ſunderlinger begerde willen des Greuen ind der Greuynnen vurg. geloeft ind geſat han, ewelichen ind vmberme, vaſt ind ſtede ze halden, vur vns, vur den Ertzeb. ind vur dat geſtichte van Colne, diſe punte hynageſchreuen, Zu dem yrſten, dat wir ind der Ertzb. zer zyt, ind dat Geſtichte van Colne vurgen. die Graiſſchaff van Arnsberg vurſ. noch engeyne Burg, Stat, heirlichkeit oder Gerichte zu der vurg. Graiſſchaff gehorende, nummerme beueſen beſetzen oder in eynger wyſe comen laiſſen enſullen noch enmugen an den Greuen van der Marke, die nu is oder die namails queme, noch an engeynen man, die den van der Marke mit Maichſchaff, mit Swagerſchaff, Manſchaff oder mit eyden bewant oder verbunden were in eynger wyſe, Vort ſullen wir ind der Ertzb. ind dat Geſtichte van Colne alle die Burchmanne, Manne ind vnderſaiſſen zu der vurg. Graiſſchaff van Arnsberg gehorende halden ind laiſſen by allen yren rechten, vryheiden ind guden gewoynden, die ſy van alders rechtlichen ind beſchedelichen gehat ind herbraicht haint, Vort want die vurg. Greue etzliche lude vur langen zyden vyſſ der Graiſchaff van Arnsberg verwyſet hatte, ſo enſulen noch enmugen wir oder der Erczeb. van Colne, die zer zyt were, der nummerme wider inlaiſſen, idenwere dan mit des vurg. Greuen wiſſen ind willen, Allreleye argeliſt hy vnne gentzlichen vyſſ geſcheden, Jnd des zu vrkunde in ſtedicheit han wir vnſer vicarien Ingeſegel, Jnd die erſame lude der Dechen ind dat Capittel van Colne, ouermitz der rait ind guytdunken diſe vurg. ſachen geſchiet ſynt, yrs Capittels Ingeſigel an diſen brief hant dun hangen, Jnd wir Dechen ind Capittel der kirchen van Colne vurg. etc. M°. CCC° LXVIII°.[556])

---

[556]) Die Urkunde ſcheint gleichzeitig mit dem Kaufbriefe über die Grafſchaft Arnsberg, ausgeſtellt zu ſeyn.

Digitized by Google

## 795.

### 1368. (eigentlich 1348 Märtz 21.) Beſtand der Grafſchaft Arnsberg.

Nach dem Lib. jurium et feudorum Theoderici II. Archiep. Colon.[557])

Iste sunt *pensiones annue* dni *Comitis* de *Arnsberg* conscripte anno domini M°. CCC°. XLVIII°. die beati Benedicti Abbatis.

Primo de duobus molendinis in *Arnsb.* XII. mald. tri-

[557]) In der Art, wie wir im erſten Bande eine Ueberſicht über das alte Schultheißen-Amt zu Soeſt, und dann über das Marſchallamt in Weſtfalen, aus dem Ende des 13. Jahrhunderts mitgetheilt haben, (N. 370 und 484.) liefern wir hier eine andere, über den Beſtand der Grafſchaft Arnsberg, wie ſie unter dem letzten Grafen Gottfried IV. war. Dieſelbe iſt zwar mehre Jahre vor Vereinigung der Grafſchaft mit dem übrigen cölniſchen Weſtfalen angefertigt, ſchien aber doch hier am zweckmäßigſten ihren Platz zu finden. Das Original des alten Verzeichniſſes liegt nicht mehr vor; aber es iſt vollſtändig in den Lib. jurium et feudorum Erzbiſchof Diedrichs II. übernommen und durch ſpätere Zuſätze bis auf Diedrichs Zeit vervollſtändigt. Wie früher, nehmen wir auch hier nur das alte Verzeichniß im Texte und die Zuſätze, welche hauptſächlich Angaben der Burg- und Lehn-Mannen enthalten, in den Noten auf. — Nachdem der lib. jur. et feudor. pag. 49. unter der Rubrik Arnsberg erſt eine Nachweiſe der Urkunden über den Erwerb der Grafſchaft von den Grafen, über die Beſtätigung dieſes Erwerbs durch die Kaiſer und Abſchriften der Rechts- und Privilegien-Beſtätigungen, welche die Erzbiſchöfe Cuno und Friedrich den Städten der Grafſchaft Arnsberg gegeben, mitgetheilt hat, folgt pag. 50. von einer ſpäteren Hand, eine Angabe der Städte, Freiheiten und Schlöſſer der Grafſchaft. Jene Urkunden, ſo weit ſie von Intereſſe ſind, werden von uns aus den Originalen vollſtändig geliefert und daher hier übergangen; dieſe Angabe iſt kurz folgende: Vß einer Vertzeigknus bei Ertzbiſch. Hermans von Wied ꝛc. Zeiten, durch Adam Roſſ Cantzley Secretarien geſchrieben:

Der Grafſchafft Arnßberg.

| 4 Hauptſtette | Stedde. | Fryheiden. | Schloßer. |
|---|---|---|---|
| | Arnßberg | Meſchede | Arnßberg |
| | Neyhem | Sundern | Menden et oppidum |
| | Euerßberg | Hüſten | Euerßberg |
| | Greuenſtein | Hagen | Hertzbergh |
| | Hertzbergh | Freinoill | Hachen |
| | Balue | Langenſcheidt | Greuenſteln verfallen |
| | Allendorff | Hachen | Neyhem. |
| | | Bodenfeldt | |

Es iſt kaum nothig zu bemerken, daß dieſe Angaben nicht ganz richtig ſind; denn Allendorff und Balve wurden nicht mehr von den Grafen, ſondern von den Erzbiſchöfen Friedrich III. und Diedrich II. zu Städten gemacht u. Menden gehörte nicht zur Grafſchaft

tici et XX. mald. siliginis — It. de molendino in *Nyehem* XIIII mald. tritici et XIIII mald. silig. — It. de molend. in *Hachne* IIII silig. et duo talenta cere — It. de molend. in *Langensckeide* sex mald. silig. et sex talenta cere

---

Arnsberg — Hiernächst folgen pag. 51 — 74 die zum Schloß Arnsberg gehörigen Mannen der Grafschaft pag. 75—80 sind leer und pag. 81 fängt dann das Verzeichniß der Einkünfte an. Das Mannenverzeichniß, wegen der späteren Zusätze vollständiger als die N. 551, 556 und 665 mitgetheilten Lehnrollen, ist folgendes: Fideles et vasalli in Comitatu Arnsbergensi. *Arnold.* de *Boynen* inf. Poppilstorff ao etc. (M°. CCC°.) LXXprimo, die b. Petri ad vinc. nominauit curtem *Clotynchoff* cum suis attin. bon. feud. *Con.* de *Boenen* inf. Rekelinchusen a. D. 1418, die 27 mens. Jun. nom. feud. castr. de fermentis in *Rekelinch.* de quo habet 6 marc. pagam. Rekelingh. presentib. ib. *Adolfo* de *Westerholte*, *Bern.* de *Dungelen* et *Herm. Schilt.* — *Theod.* dict. *Keteler* recep. in castro Houestat (s. diesen Art. B. 1. S. 626. Not. 651.) — *Henr. Storm* inf. Brule ao. 1371. fer. 3. post. natiu. b. M. nom. vn. feud. videlicet curtem sitam in *Holthusen cpp deme Oysterberge* in der *Geyseker Marke* — *Henr. Storm* inf. Lechenich crast. s. Mich. ao. 71, nom. 12 marc. soluend. de pecunia dicta *vaergelt* in *Hertesberg* ratione feodi castrens. ibid. — *Arn.* de *Berninchusen* inf. Lechen. ao. 71. die b. Mich. recep. 2 mans. in *Deesbecke* ppe *Brilon* ratione feod. homag. ministerial. de Comitatu Arnsb. it. curt. et *capellam* in *Serkenroyde* cum suis attinent. rat. Comitat. Arnsb. it. rat. dicti feudi 1 mans. in *Breydenoele*, it. curt. in *Estinchusen* cum suis attinent. rat. feodi Ecclie colon. it. feud. castr. in *Euersberge* de quo hab. 12. marc. Arnsb. soluend. in Opido ib. — *Noldekinus* de *Berninchusen* inf. Arnsb. a. d 1414 die ult. Jun. de dimidiet. decime in *Suttorppe* cum suis pert. per liber. resignat. *Godefridi Dobber* et suor. hered. presentib. D. de Lippia et dnis *Gotfr.* de *Drachenueltz* et *Joh.* de *Plettenbracht* militib. — *Wenem. Furstenberg* mil. inf. ao 1371, die b. Mich. nom. decim. in *Husten* feud. hom. — *Wenem. Furstenb.* fil. *Wenem. Furstenb.* inf. Arnsb. ao dni 1415, fer. 2 post b. Gereon. nom. curtes dict. *Steynhoyue*, *Schuyrhoyue* et sunt 2 mansus terre arabil. spectant. ad curt. pred. siti in *Nederen Berstraten*, presentib. ibid. dnis *Roilmanno* de *Badenberg* et *Fr.* de *Furstenb.* ac *Gerh.* de *Melre* — Supportatio castri *Waterlappen* facta Ecclie Colon. pro lib. ligio ac aperto castro ctra omnem hom. per *Wenem. Furstenb.* leg. in Reg. maj. dni Frid. N. 114, 371. — Concessio seu indult. dni nostri Colon. facta *Godardo Furstenb.* de domo et molend. in *Balue* pro mansione sua edificanda cum redempt. eorund. et satisfact. de structura per eund. Godard. facienda hab. in reg. paruo. dni nostri moderni fol. 71. *Wilh. Quatterlant* inf. Arnsb. ao 1371 die bti Mich. nom. f. castr. in *Arnsb.* de quo hab. 17. marc vsual. in Arnsb. de precariis vernali et autumpn. in *Husten* et *Arnsb.* soluend. It. bona in *Husten* dicti de *Bredden*, cum suis attin. rat. feudi homag. et curt. in *Leyfferdinchusen* ac homin. suos dictos *verleende Lude*; it curt. in *Broichusen* — *Wilh. Quatterlant*

Digitized by Google

— It. de molend. in den *Sundern* octo mald. silig. et quatuor talenta cere — It. de molendino in *Adenbeke* V. mald. silig. et duo talenta cere — It. de molend. in *Aldendorppe* sex mald. silig. et duo talenta cere — It. de molend. *Hachen* (Hagen)

---

inf. ao 1364 à dno *Engelb.* Archiepo Colon. nom. homagia quedam et mans. l. jacent. in paroch. de *Husten* dictum *Bredde* et 1 al. mans. dict. *Bruchusen* et mediet. curt. dicte *Roycheloe* cum suis pertin. — *Erenfrid.* dict. *Quatterl.* inf. à Dno Com. Arnsb. rec. curt. in *Leyfeldinchusen* cum pert. et homin. et 2 casas *in der Walpe*, 1 mans. in *Weninclo*, 1 mans. in *Visbeke*, 2 mans. in *Berye*, 2 casas in *Stenbole*, 1 mans in *Haisilbeke*, 1 cas. in *Eggenchusen*, 1 mans. *tor lutteken Asbeke*, 1 mans. in campis *Mendene*, 1 mans. in *Heyderincgen* soluent. 7 maldra auene et 1 mans. et 1 cas. in *Broichusen* b. f. — *Wilh.* et *Henr. Quatterlant* recep. à Com. pred. inferior. hob. in villa *Ardeye* — *Erenfr. Quatterl.* rec. à Com. pred. omnia bona sua minist. in *Wanemall.* — *Golf. Quaterl.* inf. Susati ao 83, de 6. marc pro feodo castr in *Nyehem*, ad residentiam personal. ib. faciend. ex officio in Nyehem solvend. — *Helmicus* de *Sumeren* rec. in castro Rekelinch. — *Conradus* de *Arnsberg* inf. Poppilst. crastino Sim. et Jude aplrm ao 71. nom. 2. Curt. videl. 1 in *Aldendorpp* et aliam in *Aldenbyke* in paroch. de *Stokheym* situat. facient. annuat. juxta x mald frugum, feud. homag. — *Hunold* de *Plettenbracht* rec. in castro Waldenberg (f. d. Arf. W. I. 600.) — *Herm.* de *Leenhusen* alias de *Greuensteyne* inf. Lechenich ao 71. die sti Nicolai Epi nom. curtem in *Berninchuysen* cum suis attinent. bon. minist. it curt. in *Leenhuysen* cum jurisdict. piscinis, mansis et al. suis attin. b. homag. — *Euerhardus* de *Leenhuysen* a dno *Adolpho* Electo Colon. de bonis in *Berdinchuysen* rat. feud. hom. — *Herm.* de *Leenhuysen* rec. à Com. Arnsb. curt. in *Leenhuysen* 1 hob. et 6 casas et tert. part. jurisdict. ibid. et tert. part. piscature b. f. — It. *Herm.* rec. à Comite predicto curiam in *Leenhuysen* cum omnib. attinent. molendinum et castr. ibid. piscariam, *Holtgerichte* et judicium in villa 2 mans. et 6 cas. ibid b. f. — *Rutgerus* de *Leenhuysen* rec. à Com. pred. molend. et dom. lapid. in *Leenhuysen*, 3 mans. in Leenh. 9 cas. 2 mans. in *Wustenberg* cum 4 cas. ibid in *Vrilinctorpp* 2 cas. it. 2 part. piscarie in Leenh. 2 part. de *Holtgerichte* ibid. it. tert. part. judicii in Leenh. 7 jugera agrorum in *Sulinckole*, it. ex manso dicto *Suttorpes* x solid. reddit. b. f. — It. tenet in feodo *homines* infrascriptos videlic. *Gerbertum* de *Wustenbracht* et pueros suos, *Benut* viduam et pueros suos. It. aliam inf. eiusd. *Rutgeri* require in f. iv. — Litera *Rutgeri* de *Leenhuysen* et fratrum suor. quod castell. suum *Leenhuysen* quod est feud. Ecclie Colon. vendendo vel impignorando ab Ecclia Colon. non alienabunt perh. in reg. clauso D. V. N. 36. — *Johannes* de *Wichelen* inf. Lechenich ao 71, die concept. b. M. V. nom. curt. in *Wichelen*, cum suis attin. it. molend. in *Hudenborne* it. 2 mans. in *Husten* it. jurisdict. dict. *Holtgerichte* in *Husten* et *Emmere*; it. quod potest porcos suos pingues facere in silua *Husten*; it. decim. in pratis et pascuis de pullis et onis in *Husten*, Musche et *Herdringe*; it. bona dicta *Gaddenwerde* in *Broichusen* cum pratis

Digitized by Google

**VII. mald. silig. et tria talenta cere — It. de molend. in *Vryenole* XII mald. silig. et quatuor talenta cere — It. de molend. in *Weneholthusen* VII mald. silig. et quat. tal. cere et vi solid. — It. de molend. in *Westenuelde* sex mald. silig.**

---

et suis attinent. 1 it. casam et ortum in *Husten;* it. 2 mald. frugum soluenda de campis prope *Mussche* rat. f. hom. — *Henke* de *Wichelen* inf. Arnsb. ao Dni 1411. die 9 Jan. nom. villam *Wichelen* cum suis attin. et molendin. dictum *zom Hodenborne,* terram arabilem dict. *Goddewert* necnon 2 mericas dict. *Wichelerheyde* et *Hustenreheide* — *Bern.* de *Berler* inf. Euersb. fer. 5. post concept. b. M. ao etc. recep. curt. in *Berler* cum suis attin in paroch. *Velmede* b. f. — *Gerlacus* de *Berler* rec. 1 mans. sit. ibid. in paroch. Velmede b. f. — *Joh. Schnyrmann* inf. Arnsb. ao 1371 crast. Lucie virg. pro se Euerh. et Henr. fatr. suis, nom. curt. dict. *tor Bredden* et curt. in *Wagenberge* in paroch. *Husten;* it. rec. pro se tantum curt. *tor Horst* in paroch. *Balue* — *Joh.* dict. *Schuyrmann* inf. crast. Lucie ao 1371, pro se Euerh. et Henr. fratr. suis, nom. mans. dictum *ter Schuren* cum suis attin. b. M. it. mans. in *Holtheim* in paroch. *Boderike* et curt. dict. *Ellershoff* in *Broichusen* b. f. it. mans. in *Kerssburen* in paroch. *Osbern;* b. M. it. pro se tant. feud. castr. in *Arnsb.* de quo hab. xii marc. soluend. in *Vryenoyle* de precaria ibid. — *Joh Schuyrman* inf. à Dno *Cunone* Archiep. Treuerensi etc. rec. curt. dict. *Wagenberg* et curt. in *Bryttenberg* in paroch. de *Husten* — *Joh. Schuyrm.* inf. a Com. Arnsb. rec. curiam dict. *Elerdeshoff* to *Brochusen* et pertin. 1 mans. in *Holthem* in Paroch. *Boderike* b. f. — *Joh. Schuyrmann* inf. à Comite pred. rec. 1 mans. in *Schuren,* 1 mans. in *Osthuren* in paroch. *Vroneborn* b. M. — Lit. support. curt. *tor Breden* facta Dno nostro Colon. et recept. eiusd. in feud. ao dni 1421 fer. 2 post Thome Apli pat. in reg. maj. dni mod. de feod. fol. 21 — *Henr Schuyrm.* inf. Berke ao dni 1411, fer. 2 post Gereon. nom. reddit. XXß. de petitionibus seu precariis pecuniarlis Comitatus Arnsb. leuand. eod. modo, quo quond. *Joh. Schuyrm.* eosd. obtinuit — *Theodericus* dict. *Aldinchuyss* inf. fer. 3. post Lucie ao 1371, nom. *jus patronat.* in *Opheyrike* f. hom. — *Wilh. Glashem* inf. ao 1371, rec. curt. et mansion. ac castr. in *Mederyke* cum omnib. suis attin. it. piscinam *in der Saltappen.* It. curt. dict. *Tenhusen,* 2 mans. in *Glashem* et 1 mans. in *Aspen* in paroch. *Eruete* feud. hom. — *Herm.* de *Heruelde* alias dict. *Glassem* inf. à Dno *Engelb.* Archiep. Colon. de decima in *Holtusen* prope *Susat.* cum suis pertin. it. de curte in *Mederyke* cum piscaria et al. suis pertin. sit. prope *Weluer* — *Herm. Henr.* et *Richard.* recep. à Comite Arnsb. 3 bona in *Glassem* cum suis attin. b. M. — It. *Herm. Glassem* inf. à Comite pred. recep. 2. mans. in *Glashem* b. M. — It. idem Herm. rec. à Comite pred. curt. in *Husen* b. M. It. id. Herm. rec. rec. à Comite pred. curt. in *Husen* et 1 mans. in *Aspele* b. M. — Nota quod Dnus *Frid.* etc. concessit *Renfrido Clusener* decim. in *Glassem* ad dies vite pro feodo castr. in *tem Broiche* ao 1381, die 3 mens. Apr. pat. in regro ejusdem Dni magno N. 189. — It nota literam sup. castro *Mederyke,* vt supra recept. est, per *Herbord.* de *Mederyke* Eccle Colon. donat. et

Digitized by Google

et duo tal. cere — It. de molend. in *Lynepe* V mald. silig. et duo tal. cere — It. de molend. in *Greuensteyne* decem mald. silig. et IIII tal. cere — It. de molend. in *Esleue* quat. mald. silig. et duo tal. cere — It de molend. in *Endorpp*

---

supportat. in ppetuum possid. cum omn. suis attin. pat. p. lit. in reg. mag. Dni Fr. N. 383 — *Godefridus Stoter*, rec. in castro Attendarn — *Joh.* dict. *Borneke* inf. Euersb. ao 1371, recep. 3tiam part. curt. in *Eyken* in paroch. *Schonenholthusen*, de qua soluit Dno dimid. floreni in fest. Mart. f. hom. — *Heydenr. Kume* de Attendarne inf. Brule die 16, April. ao dni 1372, nom. curt. in *Vretere* in paroch. de *Holthusen* — *Joh. Stremme* inf. Poppilst. die 2 Jan. ao 1373, nom. 1 mans. terre arabil. di ct. *zum Musche*, sit. in paroch. de *Husten* b. hom. *Henr.* de *Hemerde* inf. Arnsb. 1371, nom. 2 mans. in *Suttorp* in paroch. *Calenhart* it. in *Hemerde* curt. dict. *Vryethoff*, pro med. parte b. f. et rec. sim. modo à Com. Arnsb. — Fred. et Gotfr. recep. à Com. Arnsb. mans. in *Hemerde* cum quibusd. agris b. minist. It. Frid. recep. *Vryethoff* in *Hemerde* et quosdam agros ibid. à Comite pred. b. M. — *Bruno* de *Hemerden* recep. à Com. pred. 1 hob. in *Holtheym* et 15 jurnales ap. *Werle* b. M. — *Joh.* de *Hemerde* recep. à Com. pred. 1 mans. ib. b. M. — *Engelb.* de *Hemerde* rec. à Com. pred. bona *Swickes* de *Hemerde* b. hom. — *Engelb. van der Wene* inf. Arnsb. ao 1371 nom. dom. suam ibid. cum suis attin. sicut jacet in paroch. Esleuen; it. molend. et piscariam in *Ahusen*; it mans. in villa *Heyen* in paroch. *Attendarne* b. f — *Hedenr.* de *Plettenbracht* rec. in castro Waldenberg — *Henr. advocatus* de *Calle* rec. advocatiam ibid. in paroch. *Ysenloen* b. f. — *Rutg. Calle* rec. à Comite Arnsb. dimid. mans. ib. b. f. — *Heidenricus Pryns* inf. Arnsb. nom. mans. in *Bredenbeke* in paroch. *Menden*; it. 1 mans. in *Rynbeke* in paroch. *Dedelinchouen*; it. mans. in *Lenschede* in paroch. de *Plettenbracht* f. hom. it. curt. in *Meyninchusen* cum suis attin. sicut quond. *Conr.* de *Meyninchusen* mil. eam à Comitib. Arnsb. tenuit jure minist. actum ao 1378 — Ao dni 1403, 2. Nov. hora vesperarum *Sanderus Pryns* inf. Menden, nom. curt. dict. *Hobenthoff* in villa *Meininchuysen*, cum suis attin. *judicium* in *Meyninchusen*, curt. in *Lenscheide* sit. in paroch. *Plettenbracht*, cum suis attin. et curt. *Rymbeke* in paroch. *Dedinchouen*, decim in *Broichusen* et curt. dict. *Wagenberg* sit. in paroch. *Husten*, cum cor. attin. — *Heydenricus Pryns* rec à Com. Arnsb. cur. in *Lenschede* cum pert. cur. in *Bredenbeke* cum pert. 1 mans. in *Rymbeke* et 2 cas. in *Plettenbracht* et agros *vppme Campe* ibid. 1 mans. vpp *Dedenberg*, 1 mans. *tom Eselberge* in paroch. *Voyswinkele* b. f. — It. id. Heydenr. recep. à supradicto Com. curiam in *Meyninchusen* cum omnib. pertin. b. M. — *Joh. Pryns* pastor in *Meyninchusen* inf. pro se et sorore sua, nom. curt dict. *Hoyninckhoff* sit. in villa *Meyninchuysen* cum *judicio* ibid. et aliis pertinent. sicuti illa prius *Heydenr. Pryns* in feudo habuit, presentib. *Joh.* de *Plettenbracht* milite *Joh. Drosten* et *Gerh.* de *Melre*; item alia vice inf. est similit. — *Herm Prynss* inf. Arnsb. ao Dni 1316 fer. 3. post fest. Mathie Apli. nom. primo in territorio Arnsb. curt. den *Henynchoff* in *Meynrinchuysen* cum suis attin. it.

Digitized by Google

quat. mald. silig. et sex tal. cere — It. in*Schonenberg* de vno manso quat. mald. annone — summa XVIII. molendina faciend. CLVIII mald. tam tritici quam silig. et quatuor mald. annone ac LXV talenta cere.

---

*judicium* in *Meynrichusen* cum suis attin. it. decim. in *Broichusen* sit. in paroch. *Husten* cum suis attin. it. curt. in *Lenscheide* sit in paroch. *Plettenbracht* cum suis attin. it. curt. in *Rimbeke* sit. in paroch. *Dedelinchouen* cum suis attin. it. curt. in *Wagenberge* sit. in paroch. *Husten* cum suis attin. it. curt. in *Henneckhuysen* presentib. Dno *Salentino* de *Ysenberg* jun. *Gerwino* de *Kobbenroyde* dicto *dye Swarte Joh. Gerlaco* de *Breydenbach* mil. jun. — Lit. *Sanderi Pryns* sup. curte et bon. in *Henynchusen*, que recep. in feud. à Dno Colon. ao dni 1376. in profesto conuers. s. Pauli p. in reg. mag. D. Frid. N. 42. — Lit. *Herm. Pryns* filii Sanderi pred. sup. infeudat. sibi facta p. duum modern. de bonis in *Henynchuysen* ut supra data Arnsb. ao Dni 1354, domin. post. Cath. Virg. pat. in reg. mag. Dni T. moderni de feud. fol. 69. — *Godefr.* de *Meschede* nom. curt. in *Anroichte*, cum suis attin. b. f. — *Godfr.* de *Meschede* inf. Susati ao 1378. nom. feud. castr. in *Ruden*, de quo hab. decim. in *Deytwerdinchuysen* et *Heyninchusen* sit. prope *Susat.* et partim in paroch. *Corheke* — *Godefridus* de *Meschede* rec. à Comite Arnsb. curiam in *Anrochte* cum omnib. pertinent. b. f. — It. *Craffto* de *Meschede* rec. à Comite pred. supratacta bona. Nota de domo *Anroichte* in castro de *Honestat* *Goysswinus* de *Melderike* — *Volbertus Schade* nom. mansionem suam dict. *tome Eychoyue* cum suis attin. in villa *Reyste* b. f. — *Hennekinus Schade* inf. Arnsb. nom. mansion. suam dict. *tome Schoynenvlete* in *Weneholthuysen* cum suis attinent. — *Bertoldus Schade* inf. ib. rec. 1 mans. sit. in *Oesterendorpp* in paroch. *Schonenholthuysen*, it. curiam dict. *Puthoff* in *Herderingen* in paroch. *Husten*, b. f. — *Hennekin. Schade* nom. mans. in *Nederndorppe* in paroch. *Yffelpe*; it. in villa *Reyste* 3. cas. f. hom. — *Gotschalcus Schade* inf. die mercurii, 13 febr. nom. curt. ten *Oeuerhuysen* cum suis attin. — *Nohlekin* de *Sweydinchuysen* alias dict. *Schade* inf. Lechenich ao 1381 crast. S. Mich. nom. 8 marc. Arnsb. de precariis autumptnali et vern. rat. feudi castr. in *Nehem*, soluend. pro media parte de precaria dicta *Meybede* et pro al. med. parte de *Herfstbede* in *Husten* — Nota *Herm.* de *Hepen* et *Hennekin. Schade* dict. *Ludenberg* recep. curt. *zume Oystberge* post mort. *Rutgeri Yssvogel* ao 1396 dnica Oculi — *Joh. Schade* recep à Comite Arnsb. curt. in *Reyste* in *Nyderendorpp* 1 mans. b. f. it. in *Aldenyflepe* 1 mald. silig. b. f. it. decim. tert. partem in *Glintuelde* b. f. — *Lodowicus Schade* rec. à Comite pred. 1 mans. in *Sweydinchuysen* b. f. — *Volb. Schade* rec. à Comite pred. curt. in *Reyste* dict. *Stenhoff* cum pertin. ipsius b. f. — *Joh. Schade* rec à Comite pred. 1 mans in *Oestendorpp* b. M. — Idem *Joh. Schade* resignauit 1 mans. sit. in *Nederndorpp*, 1 cas. ibid. 4 cas. in *Reyste* Comiti de Arnsb et *Lodouicus* dict. *Schade* recep. ead. bona b. M. — *Lodouicus Schade* rec. à Com. pred. curiam in *Herdringen* cum attinent. et 1 mans. in *Oystunen* b. M. — It. *Ludenberg* dict. *Schade* rec. in castro

Digitized by Google

**In parochia *Arnsberg*.**

It. in paroch. Arnsb. prima curtis dicta de *Ole* sita in *Arnsberg* XXV mald. silig. XXV mald. ordei et XXV mald. auene — It. de curia dicta *Luttekewetterhoff* V mald. silig.

---

*Waldenberg* — *Hennekin. Wesseler* inf. Arnsb. nom. bona in *Hoyeshusen* cum suis attin. prope *Brylon* f. hom. — *Wilh. Wesseler* inf. Lechenich crast. s. Mich. recep. 2 mans. sit. in *Weneme* in paroch. *Kalle* b. f. it. bona et curt. sit. in *Queranlahen* de feodo castr. in *Hertesberg* — *Joh. Wesseler* rec. à Comite Arnsb. decim. in *Rykelinchusen* et 1 mans. ibid. b. f. — *Wilh. Wesseler* inf. Arnsb. ao dni 1415, mens. Dec. die 22. nom. feud. castr. in *Hertzberg* de curte *Westendorpp* presentib. D. *F. Furstenberg, Wilh. Furstenb. Gotschalco cellerario* in Arnsb. et *Gerh.* de *Melre* hostiario — *Lamb.* de *Engere* inf. Arnsb. nom. curtem prope Eccliam *Boderike* sit. cum suis attin. b. f. — *Floro* de *Engere* rec. à Comite Arnsb. bona *Haltesguyt* in *Boderike* b. f. — *Ailbertus* de *Wockenheim* inf. Arnsb. nom. 1 mans. in *Bellinchuysen* in paroch. *Voysswinkel;* it. curt. in *Bercheim* cum suis attin. in paroch. *Husten* b. f. — *Herm. aduocatus* in *Heyen* rec. in castro Waldenberg — *Tilm.* de *Marppe* rec. curt. in *Marppe* in paroch. *Esleuen* b. f. — *Gerkin.* de *Marppe* inf. Arnsb. rec. bona in *Messelincke* in paroch. *Holthuysen* ad grat. b. f. — *Ailbert* de *Marppe* rec. à Comite Arnsb. 1 mans. sit. in *Nydernmarppe* b. f. — *Cunegundis* de *Marppe* rec. à Com. pred. 1 hob. ibid. b. M. — *Cesarius* de *Marppe* rec. a Comite pred. 2 mans. in *infer. Marppe* b. M. — *Henr.* de *Marppe* inf. Arnsb. ao Dni 1420, fer 4. post diuis. Aplorum, nom. curt. in *Marppe* cum suis attin. sit. in paroch. *Eschloeuen* presentib. *Arn.* de *Melderike, Joh. Wrede* et *Petro* de *Vrechen* dicto *Cleuesadel* hostiar. — *Bertoldus* de *Plettembracht* rec. in castro Waldenberg — *Adolf. Knoipp* rec. in castro Houestat — *Crafto* de *Muldenshorn* inf. Arnsb. rec. curt. dict. *Vriethoff* ibid. in parochia *Calenhart.* (?) It. bona de *Nederenberge* in dicta paroch. ad gratiam — *Henekinus* de *Swyten* inf. Arnsb. rec. bona *tome Dyke* cum suis attin. in paroch. *Menden* ad gratiam — *Thom.* de *Swyttene* rec. à Comite de Arnsb. mans. ibid. cum suis attin. b. M. *Antonius* de *Ramesbeke* rec. curt. in *Ramesbeke* in paroch. *Slypruden* (?) b. min. et est inf. ad gratiam — *Cuneg.* vxor *Bernardi Woulff* rec. in cast. Houestat — *Ailbert mrede* rec. in castro Houest. — It. *Henr.* de *Wrede* in cast. Houest. — *Godekinus* de *Elenkem* in paroch. *Stochem* b. min. — *Merito* de *Elikem* inf. Arnsb. rec. 2 mans. in paroch. *Stocheim* dabit precarias — *Herbord* de *Elichem* rec. à Com. Arns. 1 mans. ib. b. f. — *Lodouicus Keye* inf. Arnsb. crast. concept. b. M. recep. *Aduocatiam* in *Ysenloen* et bona in *Nortloen* videl. 3 mans. et 6 cas. cum suis aliis attin. sicut fuerunt *Rutgeri* de *Nortloen* et matris sue — *Wilh. Keye* inf. Euersberge ao 1381, feria 4 post Lucie, nom. feud. castr. in *Nyehem* de quo hab. mansum liber. dict. *Wingebern* — Lit. inf. *Wilhelmi Keye* de curte *Westwich* per resignat. *Herm.* de *Mengede* facta per Dnum nostr. modern. ao Dni 1434, die nativ. Mar. pat. in reg. magno de feud. fol. 66 — *Renfrid Vole* et *Lamb.* de *Hattorppe* inf. Arnsb. recep. pariter bona in *Hyddinchusen*

Digitized by Google

III mald. ordei et V mald. auene — It. de curia *Wildeshuysen* II mald. silig. et V mald. auene — It. mansus *Bertoldi* de *Glusnichenn* II mald. silig. et vi mald. auene — It. mansus *Gerwordi* ibid. I mald. silig. et V mald. auene

---

sit. prope *Susat.* b. hom. — *Rodulph. Voyle* inf. Arnsb. ao 1371, nom. curt. in *Hyddinchusen* cum suis attin. sicut jacet — *Lambert.* de *Hattorppe* et *Joh.* dict. *Honsel* inf. Arnsb. die concept. b. M. recep. pariter curiam dict. *Berstrate* cum 2 casis in paroch. *Westunen* f. hom. It. 4 cum dimid. journal. terre arabil. juxta agros *Reynkini* dicti *van der Wynden*; it. ortum et pratum dict. des *Voegedes Wese* iuxta fossas *Susati* — Ao Dni 1400, die 28 mens. Martii *Henr.* fil. *Lambti* de *Hattorppe* inf. Arnsb. nom. 1 mans. in *Berstraten*, 1 mans. in *Hyddinchusen* cum cor. attin. cum 6 jurnalib. terre arabil. sit. infra *Hyddinchuysen* et locum dict. *Steynkulen.* It. idem Henr. nom. eodem tempore pro se et filiab. quondam *Arnoldi Schuuers* videl. *Druda* et *Elsben* 1 pratum prope *Susat.* dict. *Vagedes Wese*, cum 5 virgis orti — Ao dni 1420, fer. 4, post dnicam Trinit. *Henric.* de *Hattorppe* et *Elyzab.* filia sua infeud. ad vitas eorum de 1 manso in *Berstraiten* sit. prope *Conyngen* et de 1 manso in *Hyddinchuysen* et ips. attin. it. de 7 ac dimid. jurnalib. terre arabil. sit. supra *Steynkulen* ante *Susat.* presentib. *Dno.* de *Nassawe*, *Frid.* de *Sarwerden* et *Gerardo* de *Melre* — *Herm.* de *Medebeke* inf. Arnsb. rec. 8 jugera sita juxta port sti Jacobi *Susati*, in loco dicto *vnder den Raden* b. f. — *Elizabeth* de *Medebeke* inf. à Comite de Arnsb. de 1 curte in *Oystunen* b. f. eandem curt. etiam tenet in feodo pater eius *Deytmarus* et mater eius *Walpurgis* — *Gertr* et *Elyzab.* filie *Herbordi* de *Medebeke* opidani Susatens. rec. à Comite Arnsb. 16 jugera agror. sita extra port. beati Jacobi *apud rotas* b. f. — *Rutgerus* dict. *Lenyngh* inf. Arnsb. die concept. b. M. nominauit mansion. suam in *Leenhuysen* cum suis attin. it. molend. ib. b. f. it. *Jurisdiction.* in villa *Leenhuysen* et jurisdict. dict. *Holtgerichte* et 3tiam part. jurisdict. *Holtgerichte* pred. it. 2 part. *piscarie* ibid. — it. mans. dict. *Bachtenanden*, it. mans. quem possidet *Rudolph* de *Leenhuysen* frater eius; it. mans. quem possidet dict. *Houtman*; it cas. quam possidet mercator et alias cas. juxta 4, in ead. villa; it. bona sua in *Woystrbracht*; it. piscariam juxta *Glindene*; in villa *Roggінchuysen* mans. et casam; it. mans. dictum *in der Grudene* et homines ministeriales b. f. — *Herm.* dict. *Pentlync* inf. Arnsb. fer. 4 post concept b. M. rec. cur. in *Nortlen* in paroch. *Ysenloen* b. f. — *Herm.* de *Pentlynck* mil. rec. à Com. Arnsb. *aduocatiam* que fuit *Rutgeri* de *Nortloyn*, except. hominib. ab ista parte riui, dicti *Hune* — *Joh.* de *Aychen* inf. fer. 5 post concept. b. M. nom. bona, dicta *Oestergut* in *Swyten* in paroch *Menden* b. f. — *Gerlacus* de *Berler* inf. rec. 1 mans. sit. ibid. in paroch. *Velmede* b. f. — *Joh. Hukeben* inf. Euersb. fer. 6 post concept. b. M. rec. curt. in *Suttorpp* cum suis attin. it. 1 mans. et 1 curt. ib. curtem dict. den *Berchoff* ap. Warsteyn et 3 mans. in *Aldenruden* cum pert. b. M. it. 2 mans. in *Berler* in paroch. *Velmede*, b. f. — *Herm.* dict. *Vrydach* inf. Euersb. fer. 6 post

Digitized by Google

— It. mans. *Hagedorns* in *Dynttenschede* I mald. silig. et III mald. auene — It. mans. *Bettekini* II mald. silig. et IV mald. auene — It. in *Glusnichem* II solid. de vria casa et de alia casa ibid. I solid. it. casa *Duslers* I solid. — It.

---

